[illegible] risp[illegible] d[illegible] [illegible] della
[illegible]ettore

Resign[illegible] ducatu[illegible] et [illegible]

Federicus . D. [illegible] v. i. d.

St. German [illegible]

Die xxv. Decembris 1589

PRAGMATICAE EDICTA, REGIAEQ: SANCTIONES NEAPOLITANI. REGNI.


IN VNVM CONGESTAE, SVIS DISTINCTAE Titulis, miroq. ordine illustratæ.

Per Clariss. V. I. D. Prosperum Carauitam, Patritium Ebolitanum.

IN CITERIORIS PRINCIPATVS, ET Basilicatæ Prouincijs, Regij Fisci Patronum.

Vna cum Summarijs locupletissimoq. Indice materiarum.

Omnia summa diligentia emendata, & suæ lectioni restituta.



EX DECRETO SAC. REG. CONSIL.

NEAPOLI, Apud Horatium Saluianum. 1587.

ILLVSTRISSIMO, ET EXCELLENTISS. D. D. IOAN. DI ZVNIGA DE CARDINES

COMITI MIRANDAE, Marchioniq. Labagnese, &c.

REGNI NEAPOLITANI VICEREGI.

HORATIVS SALVIANVS FELICITATEM.

AB exordio nascentis Mundi (Princeps excellentissime) primæ illæ Chaldæorum gentes, inanis gloriæ fama accensæ, vt eorum nomen ad posteros clarum, magnificumq; transmitterent, ædificijs, operibusq; alijs manufactis; se exercuerunt, hinc Turris Babel, primarumq; Ciuitatum constructio exijt, hoc idem secuti Aegyptij, Pyramides, aliaq; opera in altum deduxerunt, hinc etiam Semiramis, Nino, Artemisia Cariæ Regina, Mausoleo, Viris, alijq; nonnulli, famam successoribus magni tenendam, multis conatibus contenderunt. Cum autem recte prospicerent, hæc omnia, pluuiarum inundationibus, ventorum flatibus, terræ motibus, & hiatibus, alijsq; quamplurimis cælestibus virtutibus esse subdita, & in dies, ætatum, temporumq; progres-

ſibus, in nihilum redduci, præteritarumq; rerum memoriam, hijs medijs, vti inſtabilibus, & infirmis iugiter aboleſcere, litteris, & ſcripturis operam nauare ſucceſſores inchoarunt, quibus ſolidius, ac ſtabilius, factorum, & geſtorum memoriam propugnari, crediderunt. Cumq; hæc adinuentio adeo firma non eſſet, vt & ipſa corruptioni temporum, & caſuum multiplicium turbinibus eſſet expoſita; diuino numine factum eſt, vt Artis impreſſoriæ donum mortalibus conceſſum ſit, quo inuento, nullum nobilius, nullum excellentius, nullum frugalius, nullumq; mirabilius, in hominum vita reperiri potuiſſe, probatiſsimum eſt; & quamquã Attali Pergamorum, Ptolemei Aegyptiorum reges, nonnulliq; Imperatores, maximè elaborauerint, vt ouinis pellibus, membranis, linteis telis, ſtanneis, plumbeis, æreiſq; laminibus, Bibliothecas numeroſas coaceruarent, vt ſapientum, & grauium virorum memoria, non intercideret, magna precij mercede libros vndiq; perquirentes, quod eſt egregium ſanè factum, magnanimum, & excellentiſsimum, viriſq; principibus conueniens. Noſtra tamen ætate magnas debet orbis totus gratias Ioanni Guttembergio Germano, artis impreſſoriæ inuentori, ſiue cuicumq; alteri, quam ante eius tempora fuiſſe ſcribant) ac maximas, & ingentes Deo optimo, & omnipotentiſsimo, qui ad totius humanæ reipublicæ commoditatem bonum iſtud reuelauit, cuius medio, tam facili via, & mediocri ſumptu, poteſt quiſq; magnam ſibi librorum congeriem accommodare; hinc ciuitates omnes ſub Chriſtiani gregis Imperio exiſtentes, in Italia, Hiſpania, Germania, & Gallia, ſuper huius tam inclytæ Artis excellentia aſsiduè contendunt, vt ipſarum vnaquæq; Chriſtiano orbi in hac re ita nobiliſsima, laudabilius ſpecimen exhibere procuret. Cumq; regnum hoc

Neapo-

Neapolis, nulli totius Orbis regno inuidens, omnis pulchritudinis partes præseferat, donum tamen eius artis, rude, incelebre, rusticum, atque satis obscurum habuerit; quàm primum Neapolim applui, vrbem conspiciens, quotquot Europa habet (absit verbo inuidia) nobilissimam, sapientum virorum in omni scientiarum genere emporium, nil aliud cogitauerim, quàm quòd huiuscemodi artis nostræ impressoriæ medio, quantum debiles nostræ vires suppetijssent, celebrior fieret. Ex nonnullis itaque Europæ partibus hominis in hac scientia expertos, nullis parcens sumptibus, & totum (vt aiunt) excutiens horreum, conquisiui, vt in hoc laborandi genere, communi reipublicæ commodo satisfacerem, ita vt vndique pro imprimendis libris ad Typographiæ nostræ lares cursitauerent; & vt populorum regni vtilitati consulerem, qui inuictorum Imperatorum, atq; huius regni regum, & præsertim potentissimi, & catholicissimi Philippi nunc regnantis legibus, maiori ex parte vtitur, morem gerens Regijs magistratibus, illustribus DDD. Anibali Moles Regenti, Ioanni Antonio Lanario, & Ioanni Lopez de Berricano pro Regentibus, in supremo Concilio, Regijs collateralibus consiliarijs, Iureconsultis eminentissimis, quorũ nutu Regiarum Pragmaticarum volumen, magno cum meo sumptu impressum est, quod placuit, nulli alij principi dicare, quàm tuæ excellentiæ, cuius mandato, & voluntate hæ leges fiunt, & abrogantur, cum tuo felicissimo aduentu omnia tranquilla reddens, eo modo Regnum hoc gubernare instituisti, quòd maxima, & expectata populis hilaritas exhibita sit, nunc, te principe, impij formidant, innocentes tuti sunt, viriq; graues, & sapientes congaudent, quòd principem virum nacti sint, qui, suorum vestigia obseruans, iustitiam populis, abo-

¶ 3 lita

lita perſonarum acceptione, æquo marte miniſtret, illosq; in pace cuſtodiat, & rerum abundantia contineat, quibus, alijſq; virtutibus, omnes exuperans, regnum omne, rite, recte, ſancte, & feliciter, cuſtoditur. Suſcipe rogo leue munus hoc (magnanime princeps) læta fronte: quod ſi feceris, nullus me felicior erit. Valeat ſemper excellentia tua ad communem commiſſorum tibi populorũ bonum. Neapoli.

INDEX TITVLORVM OMNIVM AC. REGIARVM PRAGMATICARVM

Sub eisdem Titulis contentarum.

Con-

Item

Rece-

Reno-

FINIS.

INDEX COPIOSISSIMVS
MATERIARVM, AC RERVM,
quæ in hoc volumine continentur.

Antea collectus, & in Alphabeti ordinem redactus.

PER MAGNIFICVM HORATIVM
Destitum Montipauonensem V. I. D.

Nunc denuo auctus, & recognitus.

A

Baro-

C

per

rijs

Doctores

L

N

F I N I S.

PRAGMATICAE, EDICTA, REGIAEQ. ORDINATIONES Regni Neapolitani.

DE ABOLITIONIBVS PRAGMAT. I. IN. ANTIQVIS.

FERDINANDVS *Dei gratia Rex, &c.*] Item Supplicano V. M. conceda Indulto generale alle Terre demaniali del Regno per tutti li maleficij commessi per tutto il mese d' Ottobre prossimo elasso, dal dì che V.M. entrò in Napoli, parte concordata vel concordanda infra spatio di quaranta dì. *Placet Regiae Maiestati. Expeditũ fuit xxix. Ianuarij M D V II. Malferitus.*

Cõceditur indultus àdie, & in diẽ terris demanialibus, ad preces Neap. h.d.

PRAG. II. IN ANTIQVIS.

IOANNA, *& Carolus eius filius, &c.*] Che Vostra Illustrissima Signoria si degna concedere alli Magnifici Eletti della Magnifica Città di Napoli per nome dell' Vniuersità e particolari gẽtil'huomini e cittadini di detta Città, & à tutti loro famegli, & serui, & domestici, in genere & in specie, & à tutte Città, terre, & luoghi, Vniuersità, & particolari huomini demaniali di questo Regno, eccetto quelli c'hauessero caputo directè, vel indirectè, ò saputa la morte del Conte di Matera, Conte di Popoli, e Conte di Manieri, e quelli c'hauessero caputo ò saputo la ribellione di Santa Seuerina, e di Martorano: Indulto e remissione generale e generalissima in tutta e nella più ampla forma che si potesse dire, esprimere, & interpretare, di qualsiuoglia delitti, crimini, seu eccessi; d'homicidij, falsa moneta, pergiurij, ferite, depredationi, sacrilegij, & altri qual si uoglia delitti

Eadem gratia elargitur nõnullis criminibus & personis exceptis h.d.

graui, & grauissimi, enormi seu enormissimi, etiam si fussero *crimen læsæ Maiestatis, & haeresis, in quocumque capite*, & etiam maggiore delli predetti, etiam si fussero tali, che bisognasse farne espressa mentione, etiam di quelli che per alcun modo ne pendesse lite criminale seu capitale, etiã che ne fussero inquisiti, carcerati, bãditi, cõdennati, ò vero forgiudicati, ò vero in essilio e diportatione à tutti & singoli in genere, & in specie, perdonare, rimettere, & far loro gratia, che nõ per pena corporale *quomodocumq. & qualitercumque*, nè pecuniaria possano essere molestati, nè turbati, nè pigliati, carcerati, nè condennati, ma liberi & securi stare & cõmorare, *vt liberi, & penitus absoluti, nec ad instantiam Curiae & Fisci, ex officio*, ne meno *ad instantiam partium quarumcumque* si fussino di qual si uoglia conditione, qualità, & priuilegio particolare, generale, seculare, ecclesiastica, vniuersità, collegio, e d'ogni altra qualità fussino: che li magnifici Eletti pigliano carico d'accordar le parti interessate, restituendo & riducendo tutti li predetti, e singoli in genere & in specie alla pristina libertà, innocentia, & stato, honori, & buoni, intendendonosi *pro nunc* le predette cose quanto al l'Indulto, riserbate a detta Città maggiore & più ampla facultà da supplicare & impetrare dalli detti Serc. S. Regina & Prencipe, ò suoi Luogotenenti, alcuni condennati in galera ch'in specie li magnifici Eletti dimandaranno, & ogn'altri capitoli concernenti detta Città, concessi e da concedere: qual'Indulto s'intenda concesso à gli huomini di detta Città di Napoli, & etiam di suoi casali e destritto; e così ancora alle Città e terre demaniali & ancora delli loro casali e destritto. *Placet Illustrissimo domino Vice Regi, exceptis crimine laesae Maiestatis in primo capite & foriudicatis ex causa homicidij tantum in persona seu personis Neapolitanorum, nisi infra annum haberent remissionem partis, & in alijs reseruato interesse parti laesae ciuiliter prosequendum, & de condemnatis in triremibus contentatur sua Illustr. dominatio liberare aliquos ad supplicationem dictorum magnificorum Electorum. Prouisum per eundem Dominũ Vice Regem in Castello nouo Neap. die xxiij. Februarij M. D. XVI. Seron Secretarius.*

PRAGMATICA III.

Enumerantur gratiae (rumoribus remotis) cũ declaratione indultus, restitutione

CAROLVS *Quintus &c. Don Petrus de Toledo &c.*] Tenendomo noi voluntà, & desiderio far ogni cosa possibile, per sodisfattione, comodo, & beneficio di questa magnifica & fidelissima Città di Napoli, Baronagio, & Regno; hauẽdo nel prossimo generale parlamento nelli Capitoli, gratie, & supplicationi ch'à sua Maestà & à noi in suo nome son state presentate, fatte quelle speditioni & gratie ch'all'hora per noi si poteua, non hauendo mancato, nè mancaremo

con

con quella istantia ch'è stato, & serà possibile procurare maggior cumulo di gratie da sua Maestà. onde in nome di sua Catolica e Ces. Maestà, oltre le gratie in detti Capitoli e supplicationi concesse, restiamo contenti di concedere le sottoscritte altre gratie, videlicet.

armorum, et in ceteris Regiae mentis expressione. h. d. per tot.

E primo quanto à gli eccettuati da gl'Indulti di sua Maestà Cesarea per causa di tumulti passati, ne cōtentiamo ꝑdonare e fare Indulto, come per tenor della presente perdoniamo, & indultiamo à tutti li predetti eccettuati tanto dal primo, come dal secondo indulto, e quelli piena e pienissimamente restituemo ad honore, fama, dignità, e beni qual si uoglia mobili, stabili, borgensatichi, e feudali, eccetti però gli officij regij, piazze di continui, & altri stipendij che per la Regia Corte se gli pagano, cassando, & annullando tutti atti, processi, cōtumacie, e sententie etiam di fuorgiudicatione contra di essi fatte & prolate, rimettendo loro anco tutte pene di mandati, & contumacie per essi, & ciascun d'essi incorse, non esatte per la Regia Corte, eccetto però li sottoscritti, quali non volemo, nè intendemo in maniera alcuna siano nel presente nostro indulto compresi & inclusi, ma da quello siano *penitus exclusi.* li nomi de' quali sono, videlicet.

Cesare Mormile, Ottauiano Mormile, Gio. Francesco Caracciolo, alias Prior di Bari, Fabio Caracciolo fratello di detto Priore, Aniballo Bozzuto, Don Francesco Carrafa, Gio. Antonio Coscia, Gio. Vincenzo Brancazzo continuo, Gio. di Sessa, Tomaso Anello Sorrentino, & in quanto à Giulio del Dolce volemo se gli osserui la gratia, & indulto per noi fatto *iuxta sui seriem & tenorem.*

Item in quanto al terzo capitolo, oltre c'habbiamo restituito à detta fidelissima Città & Regno gli Archibusci, & armi inastate, & che quelle possano tenere in lor case, & portarle per camino senza impedimento alcuno, così come ancora per la presente restituimo dette armi à detta magnifica Città & Regno, & volemo che possano tenere quelle in lor case, & portarle per camino senza impedimento alcuno, così come portauano auanti detta proibitione, eccetto però gli Archibusci piccioli à focile. Restiamo ancora contenti per maggior contentamento di detta fidelissima Città, restituire le Artellarie e monitione quale fu per detta fidelissima Città per nostro ordine portato in questo Regio Castello nuouo, quali possano ad ogni lor richiesta pigliarsela, tenerla, e conseruarla, così come la teneuano e conseruauano auanti de' predetti tumulti.

Item all'ottauo Capitolo restiamo contenti che si seruino la dispositione delle Costitutioni del Regno, & il solito, e consueto. Item al quartodecimo Capitolo restiamo contenti confirmare detto Indulto, e più vogliamo che s'estenda ancora à i carcerati nelle cose in detto Indulto espressi e compresi. Quanto all impositione della Gabella, venendo da noi quelli deputati c'hanno da intendere circa la impositione di detta Gabella, si prouederà come si conuiene. In quanto al l'agrauio si pretende s'inferisca per la capitulatione fatta per gli Arrenditori delle terzarie del ferro, s'è intesa la relatione della Regia Camera della Summaria, quale ha referito, che per detta capitulatione non s'inferisce nè al Regno, nè a particolare contra al douere della giustitia pregiudicio alcuno, & per questo non bisogna far in questo altra prouisione. *Datum in Castro nouo Neap. die x. Iunij* 1549. Don Petro de Toledo. V. Polo. R. V. Villanus. R. Martiranus Secretarius.

PRAG. IIII.

Confirmat Caesar Vice regis indultus, concordia inter partes salua, infra semestre tẽpus. h. d.

IN PRIMIS à causa delli rumori successi nella prefata & fidelissima Città di Napoli gli anni passati, si ritrouano eccettuati dal primo & secondo Indulto fatto da V. M. Ces. molti gentil'huomini & cittadini di detta fidelissima Città, & anco tutti gli officiali continui tanto suspesi, quanto condennati stipendiarij, & altri che riceueno gagij, & emolementi dalla Regia Corte, delli quali alcuni si ritrouano presi, altri condennati, & altri inquisiti, banditi, e reputati contumaci. Per tanto si supplica V. M. Ces. resti seruita indultare, & fare gratia alli prefati riserbati in primo & secondo Indulto, & anco alli riserbati per detta causa delli rumori della città di Capua, Auersa, Nola, & altri d'altre Terre, inquisiti similmente per la causa soura scritta; & anco alli cittadini inquisiti & contumaci per lo pretenso monopolio, con reintegrarli nel loro pristino stato. lo che questa fidelissima Città, barognagio, domanio, e tutto il Regno reputarà à gratia singularissima. *Placet Caes. & Cath. Maiestati, quod seruentur indulta desuper expedita per Illust. Vice Regem iuxta ipsorum seriem & tenorem, habẽtibus tamen concordiam partium offensarum, vel habituris infra terminũ sex mensium, & taliter sua Caes. Maiestas illa approbat & confirmat, et nõ aliter. Inter cetera concessa per Caes. Maiestatem CAROLI V. Imperatoris Ciuitati Neap. xij. Martij* 1550. *Bruxelles extat supradictum capitulum.*

PRAGMATICA V.

Refutato Regno Philip.

PHILIPPVS *Dei gratia Rex, &c. Don Petrus Pacecus, &c.* Hauẽdo la Maestà pdetta del Rè nostro Sig. hauuto da esso la refutatione e con-

e cessione che la Maestà Cesarea suo padre liberamente gli hà fatto di questo fidelissimo Regno di Napoli, per esser occupato in altre importantissime speditioni, e principalmente per la defensione della Chiesa vniuersale, e come pienamente informato quāto esso Regno sia pieno di nobiltà di tanti Baroni, Caualieri, e gentil'huomini, & anco di gran popolo affettato al seruitio e Stato di essa Maestà, & che tra tutti ne sono persone di qualità & valore in armi, lettere, & ogn'altra disciplina, e ch'è dotato abondantemente di tutte le cose necessarie, lo tiene tanto caro, e porta quella singulare affettione, & amore, quanto imaginar si possa: dal quale inuitato, & anco dall'affettione & liberalità vsata sempre dalla Maestà Ces. verso esso Regno, oltre le gratie che tiene animo & desiderio di concedere sì in vniuersale, come in particolare; ha voluto per adesso con alcun segno dimostrarlo, & appertamēte farlo a tutti conoscere, e n'ha imposto, & donata autorità, & facultà spontaneamente senza esser altramente supplicato, che in nome di sua Maestà concediamo amplo Indulto a tutti delinquenti, del predetto Regno, volendo dimostrare verso loro clementia, anteponendo il commodo publico all'vtilità del suo Regio Fisco, e la misericordia al rigore della giustitia; accioche quà auanti pensano, e si dispongano al ben viuere e mutar vita, & esser buoni, quieti, e fideli vassalli d'essa Maestà, talmente che ogn'vno viua quietamente, & che per tutto esso Regno si possa pratticare sicuramente, & senza timore alcuno stare con tranquillità, sotto il gouerno, e protettione d'vn tanto nuouo Re, e Principe. Per tanto, per la potestà a noi, *vt supra* concessa, con la presente facemo, & concedemo Indulto generale a tutti & singoli fuorusciti, delinquenti, & malfattori, & etiam fuor giudicati, cho qual si uoglia delitti, & eccelsi, che hauessero patrati & commelsi, etiam che si trouassero condennati ò relegati *in Insulam, seu extra Regnum*, ò dalle Prouincie, seu Città, e Terre di esso Regno, tenendo però remisione di parte, & à quelli, che non la teneranno, lor concedemo termine di mesi sei, fra il qual tempo la possano hauere, pur che per miglia otto non si possano, ne debbiano in modo alcuno accostare nella Città, Terre, & luoghi doue si troueranno stare le parti offese, auertendoli, che non ardiscano impetrarla con minaccie, & per forza, vsando atti violenti, ma per li debiti e conuenienti modi e mezi, talmente che dette parti con descendano con loro bona voluntà a farla; e lor rimettemo ogni pena, contumacia reale, & personale, nelle quali per causa di lor delitti fussino incorsi, etiam d'vltimo supplicio. Et vogliamo che siano cassati,

emanat generalis Indultus atrocioribus excessibus remotis partium remissionibus obtētis. h. d.

& aboliti tutti atti, informationi, processi, & sentētie che ne apparessseno, eccettuati però, & riserbati tutti quelli c'hauessеno commesso *crimen haeresis, laesae Maiestatis, falsae monetae, assassinij, & violentiae, seu offensae contra Regios ministros & officiales iustitiae*, etiam quelli c'hal presente se trouano carcerati. Et anco vogliamo siano eccettuati quelli scelerati, & pieni di tanta crudeltà che gli mesi passati senza portar riuerenza al Santissimo Sacramento dell'Eucharestia, che si portaua in processione per lo Casale di Ceraso della valle del Noui, processero in faccia del Redentor del Mondo, nostro Signor GIESV CHRISTO, ad assaltare & ammazzare alcuni di quelli che accompagnauano detta Processione, con dare delle ferite al Sacerdote che portaua detto Santissimo Sacramento, & quelli che in alcun modo furono partecipi di tanto esorbitante, & orrendo delitto: Et di piu s'intendano eccettuati tutti gli officiali, li quali hauráno delinquito nell'administratione & esercitij de i loro officij: Però ne contentiamo siano compresi in questo indulto etiam gli carcerati nella gran Corte della Vicaria, tenendo remissione di parte; & nō tenendola, che fra termine di sei mesi la possano impetrare & hauere, come di sopra è stato dechiarato. & quanto à gli carcerati dell'Audiētie delle Prouincie del Regno dichiaramo che hauuta lista particulare dalli Gubernatori d'esse, & delle qualità de' loro delitti, vseremo anco verso di loro quella clemētia c'haueмo vsata con essi infrascritti; ordinando, & comādando al Maestro Giustitiero del Regno, Regente, & Giudici della gran Corte della Vicaria, & altri Illustri Baroni titulati & non titulati, Gubernatori, & Auditori di prouincie, Capitanei, & Assessori, Sindici, Eletti, Vniuersità, & huomini delle terre & luoghi del predetto Regno, & ad altri officiali & subditi, tanto Regij, come di Baroni, maggiori, & minori di qual si uoglia autorità & potestà fungenti, presenti & futuri, seu loro Luogotenenti & substituti, alli quali la presente spettarà & peruenerà, ò lor serà *quomodo libet* presentata, che, inspetto per ciascun d'essi il tenore & forma del presente Indulto, quello debbiano osseruare, & fare osseruare alli predetti fora usciti, delinquenti, & malfattori, & ciascun di loro *inuiolabiliter iuxta eius continentiam seriem & tenorem* senza diminutione, ne impedimento alcuno. che tale è nostra uoluntà; Non fando lo contrario sotto pena della Regia disgratia, & di dieci milia docati.

Datum in Palatio prope Castrum nouum Neap. die 25. mensis Nouemb. 1554. P. Cardinalis Seguntinus. V. Polo R. V. Fonseca R. V. Villanus R. Martiranus Secretarius.

DE

DE ACCVSATIONIBVS PRAG. I. IN. ANTIQVIS.

IOANNA *Dei gratia, &c.* Legiſlatoris eſt proprium, ſubditis iudicia declarare, quae varia vetuſtate legum, diuerſaque obſeruantia temporum inuoluũtur, & moderna clara ſtabilitio ordinet, quod praeteriti temporis curſus inordinatum perpenditur reliquiſſe. Sane licet in Regno Imperialis ſanctio ſtabilitione firmauit, accuſatum poſſe ſuum accuſatorem (pendente accuſatione prima) de maiori crimine accuſare; ſitque ſimul vtriuſque accuſantis, & accuſati iudicium: qua poſt poſita agitetur aduerſarij cauſa. Sancita legum priſcarum, & diuerſae obſeruãtiae, quae per ſpeciales literas, variis caſibus occurrentibus emanaſſe dicuntur, quae tam ad alias diuerſas perſonas, quam diuerſa etiam crimina, ſiue cauſas facta fuerunt, per tempora retro acta, vt igitur noſtrum temporum ſceptra, luculenta obſeruantia diuideret, quid ſit de ceteris occurrentibus ſuis caſibus obſeruandum. Praeſenti noſtra ordinatione, ac declaratione praeſcribimus, vt ſi quando aliquẽ contingat, per accuſationem, vel denunciationem ad alicuius Tribunal Iudicis, quouis crimine, publico vel priuato, per citationem emiſſam, vel denuntiationem ſaltem criminis apud acta dictae Curiae inſtitutam trahi, ab aliquo ſuam, ſuorumq; iniuriam proſequendo, nõ audeant accuſatus, eius coniux, liberi, parentes, aut fratres vtriuſque coniuncti, inſimul habitantes, de crimine aliquo priuato, vel publico quantumcunq; maiori, prima denuntiatione pendente, accuſatorem, eius vxorem, liberos, parentes, fratreſue (vt praefertur) vtrinque coniunctos in eadem tamen habitatione manentes, per quamuis viã in iudicio euocare, vel alterum denuntiationis ſubintrare certamẽ, niſi tamen quod accuſatus, vel denuntiatus huiuſmodi, contra quẽ infertur iudicium, praeſtet fideiuſſionem de ſtando iuri prima denuntiatione, vel accuſatione finita: Euidens enim accuſatoris, vel denuntiatoris, talium perſonarum ſanguine vinculo coniunctarum, videtur eſſe nequitia, & quaedam calumnia manifeſta, qui nõ prius valuit aduerſarium accuſare, vel publice perſonas accuſatori, vel denuntiatori proximitate coniunctas accuſando, vel denuntiãdo reos facere, quam eſſet accuſatus primo, vel denuntiatus, vel per querimoniam laceſsitus, nõ poteſt alicuius mens recta concipere, quod aliunde proueniat talis actus, niſi quod prouocati confeſtim quo poſsũt modo cupiũt ſe vlciſci, poſtquam vero fuerint obiecti termini, priore accuſatione ſententia vel terminata, poterunt eorum accuſationem, vel denuntiationem reaſſumere, vel proponere ſi & pro vt eis

Accuſatus ſuũ accuſatorẽ accuſatione pendẽte de nullo crimine accuſare põt, niſi præſtita cautione de ſtando iuri prima cognita, nihilominus poſt occurſum crimen poteſt per ſe vel p alios.

permittunt legitimae sanctiones super hoc ciuiles, ac etiam emanantes ex delictis, quin possint citari eorum quaestiones proponere, etiã pendente litigio criminum obiectorum, contra vero praedictas personas supra comprehensas nostram ordinationem, procedere volumus quoquomodo: Praedictis tamen determinando adijcimus, quod si contingat crimen de nouo, post motam caussam denuntiationis, vel accusationis praedictae in personam accusati, vel denuntiati committi, ipseq. tunc cupiat suam vel suorum iniuriam prosequi, non quodcumq. etiam si minus illud crimen existat, possit tunc suam querelam deponere, seu adijciantur personæ prędictae, cupiẽtes eorum iniuriam in iudicio vendicare, & absq. praeiudicio aliquo postea in vtraq. eodem tempore procedere, coram tamen eodem Iudice, si alias competens esse censeatur, ne valeat delinquens cognitionem & punitionem criminum, etiam ad tempus fugere commissorum, & subtrahatur talis occasio fortassis prohibita delinquendi: vt autem prius nostra ordinatio in communiorem deueniat notitiam singulorum, illam prouidimus nobis praesentialiter destinandam, vt tam per nostram curiam, quae norma aliis inferioribus debet existere, quam per alios Officiales & Iudices, quocumq. censeatur titulo inuiolabiliter obseruetur: quibuscumq. aliis scriptionibus seu mãdatis factis fortasis in posterum in aduersum non obstantibus quoquomodo. Dat. Neapoli per Matthaeũ de Porta de Salerno. Anno M.CCCC.XXVVII. Diex. Mensis Octobris. Dirigit Magnae Curię.

DE ACTVARIIS SCRIBIS ET EORVM SALARIO PRAG. I. IN ANTIQVIS.

Octauus statuiturnumerus & non vltra actuariorum, & subactariorũ magnae Curiae Vicariae. h.d.

NVMERVM Magistrorum actorum, alias in Magna Curia diffinitum cum Subactariis adeo multiplicasse nobis relatum est: vt propter eorum multitudinem (vt assolet) eorum officio confusio saepe generetur, & in Magna Curia, in qua propter tribunalis dignitatem, cuncta magis ordinate procedere conuenit, quam in ceteris Tribunalibus, per contrarium confuse & nullo ordine proceditur. Cui rei oportune prouidere volentes, statuimus certum & diffinitum numerum, terminantes, vt in eadem magna Curia octo tantum Magistri actorum, & Subactarij sint probi, & legales, experti & boni scriptores, à nobis, seu sacro nostro Concilio approbati, qui per se & non per substitutum seruiant: librosq. processuum & actorum secundum ordinem Constitutionis nostrae, super procesibus conficiendis & Iudici praestandis nuper editae per omnia conficiant, sub poenis in dicta Constitutione contentis.

PRA-

PRAG. II. IN ANTIQVIS.

VOLVMVS in criminalibus, scribas duos probos bonosq. scriptores a nostro sacro Consilio examinatos deputari, qui eorũ officium fideliter exercere iurent, & exerceant ad poenam decem vnciarum exigendam a tali scriba, qui non examinatus & non approbatus officium exercuerit, & similem poenam Regenti iniungendam, qui eum taliter ad dictum officium exercendum admiserit.

Duo in criminalibus destinantur scribae, approbatione premissa p sacrũ Cõsil.

PRAG. III. IN. ANTIQVIS.

ET statuimus, quod nullus magister actorum possit interuenire in causis, in quibus pater vel alia coniuncta persona per consanguinitatem vel affinitatem vsq. ad quartum gradum de iure ciuili interueniret, vt procurator vel aduocatus; & quicunq. contrafecerit officio priuetur.

In causis cõiunctorũ vsque ad quartũ gradũ actuarij nõ interueniant.

PRAG. IIII. IN. ANTIQVIS.

FERDINANDVS, &c. Vt res humanae & maxime quae pro R. P. concernunt interesse, ac publici officij exercitium, perpetuo cursu durare possint, modo quidem certo, ac recto ordine agere eas & exequi oportet, & ideo summopere Principibus aduertendum, vt hi, quibus officia commissa sunt, nihil praeter ius ac honestum & rationabile tempore ipsorum Principum sacra instituta, & ordinationes transgredi, aut peruertere ausu temerario praesumant, sed suo quisq. exercitio, commodo, & lucro contentus sit, ne, dum rei alienæ studeat, omnem ordinem peruertat, quia raro sine summo incõmodo & rerum iactura accidere solet: Et quoniam ad aures nostras peruenit, quod in Magna Curia Vicariae in praesentiarum inter actorum Magistros in ipsorum officijs agendis, nullus ordo seruatur, sed aliis temporibus retro elapsis bonus seruabatur, quia aliqui ex dictis actorum Magistris qui si totum exercitium, & consequẽter omne lucrum sibi retinere & occupare, ac exquisitis coloribus habere procurauerunt: alij verò absq. exercitio & lucro pati vidẽtur, ex quo aliis dignius officiũ habere quodãmodo iniustũ est, quod minime verũ est, quia omnia dictorũ Magistrorũ officia indifferenter æqualia sunt, neq. vnus ex ipsis actorum Magistris maior in gradu, & dignior est, nisi in quantum virtutibus, aetate, sufficientia & moribus alios praecedit: ideo aequaliter labores & lucra diuidi debent. Volentes igitur causas omnes ipsius inordinati modi inter ipsos actorum Magistros secare, amputare, atque remouere, quodq. vt negotia, tam nostram Curiam, quam partes priuatas quascumq. tangentia, quae in Magnæ Vicariae Curiis tractantur, & de cetero tractabũ-

Iure sigillorũ sublato ab actuarijs Processus et appell. vna cum ceteris scripturis inter se diuidantur. Publicus Archiuus designatur, facto processũ inuentario, data in dies notitia de rebus fiscum tangẽtibus Regẽti seu fisci patrono. h. d.

tur,bene recteq. sine fraude exerceantur, quodq. actorum Magistri ipsarum Curiarum(vt decet) officium eis commissum gubernent & exerceant,& vnusquisq. lucrum atq. laborem aequaliter sentiat:Nostrae Pragmaticae sanctione cunctis futuris temporibus valitura.atque inuiolabiliter obseruanda,de certa nostra scientia, deliberate & consulto volumus,decernimus, statuimus, sancimus, & prouidemus,quod nullus actorum Magister Magnae Curiae Vicariae per se seu eorum domesticos,seu familiares pro euitādis praeiudicijs, fraudibus,& damnis, quae nostrae Curiae, ac Reipublicae huius nostri Regni, & alias fortasse sequi possit, seu valeat tenere sigilla ipsarum cùriarum,neque ius ipsorum sigillorum,seu alicuius eorum exigere, petere,seu recipere.Item quod processus agitādi in ipsis curijs,postquam conclusi fuerint,siue facta in eis fuerit cōclusio, & scripta per Subactarios qui in illis interuenerint,statim facta & continuata conclusione per ipsos Subactarios debeant in manibus Iudicis hebdomadarij assignari, per eum seriatim inter ipsos actorum magistros diuidendi. Volumus etiam,iubemus, atque sancimus quod omnes & quaecumq. scripturae praesentandae in banca, ac per ipsam curiā faciendae & prouidendae,puta vt sunt literae regiae,supplicationes, petitiones,decreta autētica,literae, deponendo aliquē in possessione ex primo & secundo decreto ac conseruatoriae, & alia quaeuis ad actorum Magistrorum officia spectantia,diuidantur & diuidi per ordinem debitum debeant inter ipsos actorum Magistros, nec aliquis ex his actorum Magistris debeat nec audeat huiusmodi scripturas & acta à partibus,seu à procuratoribus extra bancā aliquo modo,ratione, siue causa recipere sub poena suspensionis eius officij, & alia nostro arbitrio reseruata, & sic eo modo seruetur cōtra partem, & corū procuratorē si cōtra ꝑ ipsos factū fuerit,seu attētatū quo casu statim ab corū officijs priuatos nūc pro tunc esse cēsemus. Praeterea uolumus atq.iubemus,quod tam libri bannitorū quā obligationū & aliorū actorū dictae curiae facti iam, & de cetero faciendi, siue componendi,reponi & cōseruari debeāt in vno loco cōmuni ī d.Magna Curia,ita quod unusquisq.ex actorū Magistris possit illos cū opus fuerit capere & habere,& in eis acta conscribere,& alia cōcurrentia prout expediens fuerit agere.Insuper uolumus, atq. mādamus,quod de omnibus & singulis processibus & scripturis ī Archiuo ipsius Curiae existentibus per ipsos actorū Magistros debitum inuentarium fiat, & deinde reponi debeat quolibet trimestre, & cum aliqui processus siue scripturae perquirendi fuerint, siue perquirendae, illos & eos perquirere debeant illi duo actorum Magistri qui eos tunc claues ipsas custodiunt,seu conseruabunt.Verum omne lucrum inde peruenien-

niendum aequaliter inter omnes actorum Magistros diuidi debeat & diuidatur. Rursus volumus atq. iubemus, quod dicti actorum Magistri teneantur & debeant cóficere quinternum de omnibus & singulis actis occurrentibus interesse Curiae tangentibus, & omni die de sero quae occurrerint Regenti ipsius Curiae seu aduocato Fisci notificare, ne fiscalia negotia in longum protrahantur, nec subtrahantur, & defraudentur atq. occupentur: ita quod mense quolibet ordinetur vnus ex dictis actorum Magistris, qui recepturus sit processus appellationum in dicta Curia praesentandos, illos inter ipsos actorum Magistros seriatim distributurus, ita quod vnusquisq; per ordinem processum suum habeat. Ceterum quia iam alias per capitula huic nostrae Ciuitati Neapolis cócessa super hoc prouisum est, Volumus pro obseruatione eorundem capitulorum, decernimus atque iubemus, quod nullus actorum Magister deinde officium ipsum in dictis Curiis exercere valeat siue possit. Et quoniam eaquae snperius declarauimus, mente incommutabili, decernimus, statuimus, & ordinamus obseruari, ac inconcusse teneri per actorum Magistros dictae Magnae Curiae Vicariae, procuratores, & alios praesentes & successiue futuros sub poena eorum officiorum priuationis, & alia insuper nostro arbitrio reseruata. Volumus ea propter Illustrissimo & charissimo Alphonso de Aragonia Duci calabriae filio primogenito & Locumtenenti nostro generali hunc nostrum declarare intentum. Mandantes Magistro Iustitiario Regni nostri huius Siciliae, eius Locumtenenti, & Regenti Magnae Curiae Vicariae, ac Iudicibus eiusdem Curiae, ceterisq. officialibus ad quos spectat, Aduocato insuper & Procuratori fiscalibus nostris, quatenus obseruata ad vnguem forma nostrae huius Pragmaticae sanctionis & statuti, illa & omnia in ea contenta, iuxta eius seriem & tenorem per dictos actorum Magistros, procuratores, & alios supradictos qui sunt, & pro tempore fuerint teneri & obseruari facere atq. mandare, ipse Aduocatus & Procurator fiscalis circa obseruantiam omnium & singulorum praedictorum iure praestent officium, tam circa executionem poenarum illorum qui in eas inciderint, & contra per nos ordinata fecerint, qui alias instantiam faciant oportunam, & contrariú non faciant seu fieri patiantur, si dictus Illustrissimus Dux primogenitus noster & Locumtenens generalis nobis complacere optat, ceteri officiales nostri praedicti, pro quanto gratiam nostram charam habent, iráq. & indignationem nostram, ac poenas praedictas, & poenam ducatorum mille de auro, cui suo casu prompta non deerit exequutio, cupiunt non subire. In cuius rei testimoniú praesentes fieri iussimus, magno Maiestatis nostrę pédente sigillo munitas.

Datum

Datum in Castello nouo Neapolis, per magnificum virum Lucam Tozolum Romanum Locumtenentem, Fundorum Comitem, Locoth. & Prothonot. Die xxvii. Martij M. CCCC. LXIX. Rex Ferdinandus. Paschasius Garlon. Dominus Rex mandauit mihi Antonio de Petrutiis.

PRAG. V. IN. ANTIQVIS.

Extorsionibus remotis tam ab officialib⁹, quã ab actuarijs certa taxatur quantitas solutionis faciẽdae à litigantibus, vt infr. h. d.

FERDINANDVS &c.] Suscepti à Deo regiminis, nos cura solicitat, vt vtilitatibus subiectorum nunc nouorum editione iuriũ, nunc antiquorum innouatione sollicite prouidere curemus: Quia dum eorum excutimus onera, dum scandala remouemus nos in eorum quiete quiescimus. Cum igitur antiquis legibus, mandatisque Principum cautum sit, quod si quando contingat Prouinciarum Iudices & Officiales eorum, circuire Prouinciam, vel de ciuitate ad ciuitatem venire, neque expensis neq. alio dispendio debeant grauare subiectos, sed ex deputatis sibi a Fisco annonis, siue stipendiis expensas facere, neq. verò consuetudines innouare, aut quaerere, quas forte aliqui praedictorum iudicum in proprium lucrum iniuste adiuenerint. Mali enim admittentur, malaeq. consuetudines, neq. ex longo tempore, neque ex longa consuetudine comminuantur: Indeq. Regni huius capitulis per retro Reges praedecessores nostros statutum fuit, quod Iustitiarij, Iudices, & actorum Notarij, Camerarij, stipendiarij, & alij familiares, & eorum officiales, ab Vniuersitatibus terrarum nihil recipiant in pecunia, pretijs, seu alijs quibuscumq. rebus, etiam esculenta, nec poculenta: felicisq. memoriae Alphonsus Rex genitor noster colendissimus in generali parlamento Neapolis celebrato, substulit propterea & prorsus cessare statuit prandia & iura prandiorum, quae iustitiarij officiales alijs sibi per Vniuersitates terrarum praestari faciebant: eisdemq. legibus & mandatis Principum similiter statutum fuit, Prouinciarum iudices eorumq. officiales de ciuitate ad ciuitatem venientes, minime angariis grauare subiectos: nam & officiales, qui tributa praestant imperialibus, antiquisq. ll. ad ad operas aliquas non tenentur, nec aliquod angarium, vel per angarium officialibus praestare vel exhibere, similiterq. praedecessorum nostrorum Regum huius capitulis mandatur iustitiarijs, quod pro suis, vel alienorum de familia sua arnesijs deferendis, vel equitaturis, eorum equitaturas non auferant, vel auferri patiantur, & si forte aliquando equitatura aliqua sit sibi, vel eis necessaria, eam conducant, vel conduci faciant pro suis & suorum seruitijs, soluto prius logherio consueto: necnon eisdem capitulis prouisum fuit quod iustitiarij, vel alij pro parte ipsorum nihil recipiant pro sigillo cuiuscumq.

literae

literae sigillandae per eos. Et si quando literae Regiae sibi diriguntur pro vtilitate Principum, siue de assicuratione vassallorum executionibus sententiarum, seu aliis quibuscumq. de causis, mandatum regiũ celeriter exequantur. Nec recipiant aliquid pro literis sigillandis; & si contrafecerint, restituant illico illi a quo receperunt rem captam cum damno, & quatruplum curiae: & propter hoc iustitiarij, & alij officiales custodiant sigilla sua secum, vt propter hoc se excusare non possint. Insuper capitulis Regni prędicti statutum fuit, quod victores, sententias redimere non cogantur, nec aliquid nomine compositionis pro parte curiae, nec pro subscriptionibus, seu scripturis sententiarum, à Iustitiarijs, Iudicibus, seu actornm Notariis exigatur; cũ iustitia vendi non debeat, tales sui salarij debent esse contenti. Nos haec omnia & singula propterea innouantes & omnem vetustatem in his officialium antea iam deperditam, siue diminutam reparantes, Tenore praesentium de certa nostra scientia, & cum nostri Concilij matura deliberatione, statuimus, mandamus, atq. iubemus, praemissa omnia & singula huiusmodi. ll. mandatisq. Principum Regniq. capitulis, vt praemittitur, statuta, decreta, atq. disposita perpetuo, & inuiolabiliter vbiq. in dicto nostro Regno, eiusq. Prouinciis, ciuitatibus, terris, & locis per nostros Vice Reges, Gubernatores, Iustitiarios Capitaneos, Iudices, Auditores, Consiliarios, actorumq. Notarios, Camerarios, siue nostros Camerae stipendiarios, & familiares, eorundem nostrorum officialium officiales quoscumque quibusuis officio & iurisdictione fungantur, & quacumq. dominatione notentur, quarum uis prouinciarum, seu partium Regni praedicti, ciuitatum, terrarum, locorum, & cuiuslibet ipsorum Locumtenentes, praesentes, & successiue futuros, prout ad vnumquemq. ipsorum praemissa, & singula praemissorum spectauerint quoquomodo sub poenis quidem a iure Regni quae huius constitutionibus & capitulis contentis, atq. statutis: quibus contrafacientes irremissibiliter puniri decreuimus, & per quos decet volumus atq. mandamus. & cum quilibet qui sibi stipendia publice decreta consequitur, si amplius quaerit, tãquam calumniator & concussor iuris sententia condemnetur: statuimus similiter, mandamus, atq. iubemus, quod iudices assessores, atq. auditores, siue consiliarij officialium prędictorum, ac etiam nostrorum generalium Locumteñ. vel apud eos deputati, siue deputandi, qui in literis, prouisionibus, mandatis, decretationibus, inhibitoriis, executorijs, vel aliis quibuscũque manus posuerint, vel eas viderint, siue signauerint per manus impositionem, in eisdem visione, signatura, & quacumq. alia causa, nihil recipiant, sed suis stipendijs contenti, neminem concutiant, neq. calumniam faciant, alioquin qui contrata-

trafecerit,tamquam calumniator & concussor,condemnari per quos decet & puniri volumus,atq. decernimus.Item cum Notarij(vt plurimum) in exigendo salarium metas rationis excedunt, Volumus,& de certa nostra scientia statuimus & mandamus, quod in salarijs actorum Notariorum in Curiis officialium praedictorum & cuilibet earum seruari debeat atq. seruetur, quod in magna Curia Regni huius extitit hactenus obseruatum,cum ipsius obseruantias aliae Regni huius Curiae debeant obseruare,& proinde nihil in pecunijs,seu aliis rebus,Magistri actorum curialium prædictarum,per se,vel per alios recipere audeant,vel recipi sinant,aut permittant quomodocumque pro actis scribendis & faciendis in ipsis curijs,excepto pro copia scripturarum,rubricis,fideiussionibus,literis,cassaturis,ac praesentationibus literarum,& instrumentorum, & tunc sic,& pro vt iura volũt, & permittunt, & extitit in dicta magna Curia laudabiliter obseruatum;in qua Curia obseruatum extitit,& obseruatur,pro infrascriptis vt sequitur,videlicet.Quod de accusatione cõtumaciae soluatur granum vnum. Item quod vbi aliquis citatus ciuiliter, vel criminaliter banditus fuerit,vel condemnatus,& deinde se praesentet Curia sedẽte pro tribunali,vel post eleuatam Curiam,nihil recipiatur pro huiusmodi repraesentatione.Item quod pro praesentatione instrumenti & prima citatione quae fit, vt quis veniet responsurus super tenore ipsius instrumenti iuxta ritum ipsius Curiae, soluantur gra. x. & si postea feratur interlocutoria contra huiusmodi citatum in termino nõ comparentem,soluantur alia gra.x. Item pro copiis processuum & aliarum scripturarum recipiendarum ex actis Curiae soluatur tarenus vnus pro singulis cartis octo,iuxta literas Reginae Ioannae Secundę, quęlibet facies ipsarum cartarum contineat virgulos vigintiquinque & quilibet virgulus decem contineat partes. Item pro praesentatione instrumentorum, priuilegiorum, & quarumcumq. cautelarum, quae producuntur in causis, quae in magna Curia agitantur, etiam si mille essent,soluatur carlenus vnus,sed si duo instrumenta, priuilegia,& cautelae praesententur dumtaxat,nihil soluitur pro praesentatione ipsorum.Item pro praesentatione instrumenti procurationis, seu syndicatus,nihil soluatur pro praesentatione ipsorum.Item pro fideiussione qualibet soluatur carlenus vnus. Item pro compositionibus nihil soluatur, verum,si compositus vult literas absolutorias, ratione compositionis pro literis ipsis soluatur carlenus vnus,& aliquãdo plus pro magnitudine criminis, de quo facta est compositio, sed raro aut vix aliquando ascendat solutio ad tarenos duos, etiam si de homicidio fieret compositio. Item pro cassatura qualibet Bandi, vel denuntiationis,aut alterius, de quo fiat cassatio ab actis,soluitur car-

lenus

Ienus vnus, nec vniuerſitas ſoluit plus quàm vnus priuatus. Itē pro rubricis in cauſis ordinarijs grana decē, & in extraordinariis à ſex vnciis infra quinq;. Item pro obligationibus, quæ fiunt penes acta, ad plus ſoluantur grana quinque. Item pro interpoſitione decreti ſuper tutoribus dandis pupillis, ſeu decernenda tutela, cōmuniter ſoluātur grana decē. Verum pro magnitudine tutelae, aliquando ſoluantur carleni duo, quandoq. tres, aliquando quatuor ad plus. Si quis igitur amplius, ſiue plus quā ſuperius continetur, pro praemiſſis vel aliquo prȩmiſſorū extorſerit, vel receperit aliquid, aut extorqueri, vel pro ſe recipi fecerit, ſiue promiſerit, iuxta huius Regni capitula, ad quatrupli pȩnam teneatur, nec minus extraordinaria iuxta noſtrum poſſit puniri arbitriū, relegando, vel in exilium mittendo, vel alio modo plectēdo. Et vt praeſens ordinatio ſanctioq. pragmatica ad vnguē obſeruetur, & omnibus innoteſcat, illam publicari volumus in vnaquaq. Prouincia, ciuitate, terra, ſiue loco conſueto huius noſtri Regni, per omnes officiales noſtros, ad quos, ſeu ad quem ſpectat, ſeu ſpectabit: Ea propter omnibus officialibus noſtris iuſtitiariis, commiſſariis, & aliis ad quos ſpectabit, dicimus, praecipimus, committimus, & mandamus, quatenus in omnibus locis conſuetis praeſentē Pragmaticā, ſanctionem, & edictum obſeruare debeant, & faciant, ſub poena ducatorum decem millium, & incurſione noſtrae irae & indignationis. In cuius rei teſtimonium praeſentem fieri iuſſimus, magno Maieſtatis noſtrȩ ſigillo pendente munitā. Datum in Caſtello nouo Neap. per ſpectabilem & magnificum virum Honoratū Caetanum de Aragonia, Fundorum comitem, die 25 Maij M. CCCC. LXIX. Regnorum noſtrorū anno xij. Rex Ferdinands. Paſchaſius Carlon. N.A. de mōtibus Locumtenens Magni Camerarij. Dominus Rex mandauit mihi Antonello de Petrucijs.

PRAG. VI.

CAROLVS V. &c. 1540.] Item quia nobis datum eſt intelligi, quod commiſsis criminibus, intus vel extra ciuitatem Neapolis, iudices, vel actuarij, ſeu eorum ſcribae, qui ad informationem capiendam accedunt, dicta teſtium ſuper ipſis criminibus deponentiū diuidere, eaque integra pro vt teſtes deponunt ſcribere, quandoque non conſueuerunt, ſed tantummodo ſcribunt id quod contra inquiſitos, vel accuſatos, teſtes ipſi pro Fiſco noſtro deponunt: ſi quid autem in fauorem reorum per eaſdem depoſitiones apparuerit, illud ſcribere omittunt. Quod quidem mali exempli, magnique praeiudicij inquiſitorum fortaſſe innocentium eſſe videtur.

Et pro, & cōtra inquiſitos dicta teſtium integra recipi debent. h. d.

Icc irco

Iccirco mandamus, quod in posterum quicumque iudex, actuarius, siue scriba ad informationes huiusmodi capiendas accesserit, intus vel extra Ciuitatem Neapolis, testium dicta super crimine seu criminibus deponentiũ indiminuta, atq. integra recipiant, receptaq scribant. Adeo quod eorũ, q̃ deponũtur, siue cõtra, siue pro inquisitis faciant, nihil omittantur. Qui contrafecerint, tamquam officiis eorum abutentes, poenis nostro, Proregisq. nostri in dicto Regno arbitrio reseruatis puniatur.

PRAG. VII.

Octo sint actuarij criminales singulis tres scribas approbatos habentibus.

CAROLVS V. &c.] Item mandamus, ne actuarij criminales magnae Curiae Vicariae sint in numero plures octo, secundũ dispositionẽ Regię pragmaticae, & si plures in praesentiarũ reperiuntur, aliquibus in posterum decedentibus ad numerum praefatum reducantur. Quorum octo actuariorum, quilibet habeat non plures trium Scribarum, qui per Regentem & Iudices ipsius magnae Curiae, cum interuentu Regij Fisci patroni examinentur & de ipsorum habilitate, fama, & moribus informatio capiatur. quibus non seruatis si in dictis bancis interesse reperti fuerint, illico remoueantur, nec vlterius ad seruiendum in eisdem admitti possint.

PRAGMATICA. VIII.

In capite pcessuũ describãtur Iudicis & partiũ nomina cũ causae, de qua agitur, expressione, decretũ Iudicis vbi prolatum, & de testium recipiendorũ natiuitate, ætate, & officio diligẽter perquiratur, et describatur. h.d.

PHILIPPVS *Dei gratia Rex, &c.*] Illustres & Magnifici viri Collaterales, & Consiliarij Regij fideles dilectissimi; *Tra gli altri Capitoli che per sua Maestà ci sono stati scritti in vna sua lettera della data del primo di Maggio passato da Madrid, vi è vno del tenor sequente, v3.*

PARA que los processos, que se hazen por los Mastro d'attas, attuarios, y subattarios esten con le complimento y claridad, que es razon. Mandamos que allen de guardarse inuiolabilmente el Capitolo del Rey Don Fernando el primero, puesto en las nueuas Pramaticas del dicho sacro Consejo; Pongan en cada Processo la cabeza, y entroyto del, con le nombre del Iuez, y de las partes, y con espression de la causa, sobre que se haze el tal processo, y que todos los attos que se hazieren, y continuaren se scriuan alo largo, declarãdo la causa por que se haze el dicho atto, à cuia instantia, el que lo proueyo, quando y dõde si pro tribunali ò en su casa, quien examinò los testigos, à donde y ante que scriuan con preguntar alos testigos la edad, y officio que tienen, y de donde son naturales, para que desta manera se vea el credito que se les deue dar, y non se dexen de azer la sollẽnitades que se requiren, declarando questa misma forma se tenga en todos los otros tribunales, y señalatamente en la Vicaria. Et visto per noi il tenore del preinserto Capitulo & ordine della prefata Maestà Catolica, atalche

che sia osseruato & essequito quãto per la Maestà sua in quello s'ordina e comanda, vi dicemo & ordiniamo ch'inspetto per voi la forma, continentia, e tenore del Capitolo & ordine predetto, debbiate quello, e quanto in esso si contiene essequire & osseruare, e far osseruare & essequire, senza diminutione, replica, nè contradittione alcuna, & della osseruantia & essecutione predetta ne farete particolarmente relatione: Non fanno il contrario per quanto s'ha cara la gratia & seruitio della predetta Maestà. *Datum Neap. die xxv. Iunij 1506. Don Perasan. V. Pignonus R. Lobera pro Secretario. In curiae visitationis primo. Dirigitur Magnae Curiae.*

DE. ADMINISTRATIONE. VNIVERSITATVM.

PRAGMAT. I.

CAROLVS V. *Imperator in anno 1536.* Et vt moderetur Commissariorum frequentia, à quibus multa mala audiuimus, & grauamina subditis nostris inferri: Mandamus, vt de cetero, neque à Regiis tribunalibus, neque à gubernatoribus, & Audientiis Prouinciarum, possint deputari, vel mandari Commissarij generales, neque officiales; sed quando necessitas occurrerit mittendi extra locum dictorum tribunalium, committatur ordinarijs locorum Gubernatoribus, vel Auditoribus Prouinciarum in quibus cõmissio erit exequẽda, vel etiã Magistris Portulanis, seu Perceptoribus, si talia fuerint negotia, quæ illis committi possint; & si casus occurrerit mittendi specialem commissarium ex iusta aliqua causa, nõ possit mitti, sine expressa licentia Illustris Vice Regis in scriptis, cui secundum qualitatem personæ debeat per dictum Illustrem Vice Regem taxari salarium moderatum, habita consideratione ad salariũ, quod alias recepit, si fuerit alias officialis: Non intendimus tamen comprehendere commissarios, qui pro examinandis testibus in causis vertentibus necessario mittuntur, aut pro aliqua informatione recipienda, seu pro executione sententiarũ, seu decretorum, quibus volumus solui salarium, per Regiam Pragmaticam ordinatum, & non vltra,

Non destinantur commissarij nisi pro causa vrgenti Regia licentia obtenta, & destinãdi legitime, nihil recipiãt prẹter taxatum salariũ h. d.

vltra, etiam a sponte dantibus. Iniungimus etiam per præsentes, specialem curam Illustri Vice Regi inuestigandi, & puniendi rigorose dictos Commissarios, si illos reperierit aliquid vltra commissa fecisse, vel aliquas extorsiones, seu concussiones fecisse.

PRAGMAT. II.

Cõmissarij iter faciẽtes per Regnũ ĩ transitu sint contenti stãtia, lecto, et palea. h. d.

CAROLVS V. *Imperator in anno*. 1536. Officiales autẽ nostros, & Commissarios vt supra deputatos, si contigerit eos per hoc nostrum Regnum pro aliquo Regio seruitio iter facere, & portauerint patentes literas a nostro Illustri Vice Rege, per nullos alios dictas patentes expedire volumus: virtute dictarum literarum nihil aliud ab Vniuersitatibus etiam sponte dantibus, recipere volumus, nisi stantiam, lectos, & paleam, & hæc pro transitu tantum, & non vltra, & id quidem moderate & sine confusione.

PRAGMAT. III.

Nõ exeant extra ciuitatẽ Regij officiales nisi cũ literis Regijs debito taxato salario, & in reditu reddãt gestorũ rationem. h. d.

CAROLVS V. *Imperator in anno*. 1540. Item volumus, quod in causis leuibus & modicæ importantiæ, Iudices Magnæ Curiæ Vicariæ, vel aliorum Tribunalium extra Ciuitatem Neapolis cũ amplissima facultate (vt assolet) non mittantur, sed tantum in causis grauibus, magnique ponderis & momenti, in quibus de ordine & mãdato pro Regis nostri, & Concilij Collateralis mitti debeant, eligantur que ad hoc viri honestatis, & bonæ conscientię fama probati, qui quidem, quod in eorum commissionibus fuerit declaratum, & ea alia, quæ per Regias Pragmaticas permittuntur, accipere debeant. Delicta vero nec commutare, nec componere possint, & in regressu à commissionibus dent omnium, quæ gesserint, rationem & computum in tribunali, à quo missi fuerint: seruando tamen circa huiusmodi Commissarios transmittendos id quod cõtinetur in Capitulis & gratijs, quas in generali parlamento, mensibus proxime pręteritis in Ciuitate Neapolis per Pro Regem nostro nomine celebrato, dictę Ciuitati & Regno concessimus.

PRAGMATICA IIII.

Pręter personas intuitu officij approbatas õnes cõmissarij pręstent cautionẽ in reditu de stã

PHILIPPVS *Dei gratia Rex*, *&c*. Is est Regum & eorum omnium finis, qui gubernandis mortalibus præpositi à Deo sunt, cuius consilio, tum omnia, tum hoc præcipue fieri credendum est, vt eorum, quibus pręsunt, commodis, vtilitatique seruiant, efficiantque vt ij, qui eorum imperio sunt, quam beatissimi sint, nihil, vel certe satis parum, ad suam propriam vtilitatem referentes: hac enim lege & condictione regendarum Ciuitatum gubernacula à Deo optimo Maximo acceperunt, ab eodemq. humani generis moderatio & guberna-

tio,

tio, quæ ad ipsum solum pertinebat, communicata eis est, & in tam pulchræ societatis partem admissi, vt, cum tot cōmoda ipsi quasi quædam laborum suorum præmia, a populis, quos regunt, sentiant, tanquam ad omnia iussa, patientiam consequantur, quo eorum quieti tranquillitatique consulant, cogitent quotidie, inuigilentq. & desudent ipsi, quo magis illam in dies, sanctam, rectam, integramque conseruent, & pro tanto Dei munere saltem hoc illi debitę obseruantiæ, meritæq. gratitudinis pignus rependant. Quapropter nos, ex quo tēpore Regię & Catholicæ Maiestatis nomine, ad hoc Regnum gubernandum accessimus, nihil antiquius cariusque habuimus, quam vt abusionibus, inobseruantijs, & vulnerationibus Constitutio. Capit. & Pragmat. Regni, aliqua ex parte moderemur, populos sumptibus, quibus in Regios Ministros exhauriri inuenimus, leuaremus, Magistratibus, quibus Respublica continetur, & a quibus tota fere earum gentium, quæ legibus & moribus reguntur, salus pendet, modum aliquē præscriberemus, denique publicis commodis, salutique, ad quam omnes nostras cogitationes, consiliaque direximus, quo ad fieri posset, prouideremus. Quare, quum inter alias Regni Pragmaticas, eam inuenerimus non obseruari, quæ super Commissarijs transmittendis promulgata, editaque à prędecessoribus extat sub die 7. Februarij. 1536. Tenoris sequentis, videlicet. QVAM nostrę intentionis semper fuerit, & sit, prouidere ne Regij subditi indebite grauentur, considerantes, quod multoties contingit per Sacrum Regium Consilium, Magnā Curiam Vicariæ, Regiam Cameram Summariæ, & alia Tribunalia Regia, existentia, tam in Ciuitate Neapolis, quam in Prouintijs Regni, destinari, & transmitti Commissarios & executores pro aliquibus causis & executionibus exequendis. Et quum Cæsarea Maiestas ad resecandum numerum Commissariorum, qui ruptis eorum commissionum finibus, varias populis inferunt vexationes, & contra mentem nostram exquisitis fraudibus, quæ sibi interdicta nouerint, vsurpare conantur, infrascriptam Pragmaticam sanctionem ediderit, tenoris sequentis.

do iuri, & seruent ordines hic sibi datos. Ceteriq. Regij officiales administrēt data hic sui forma, & non vltra. h.d. vsq; ad §. illud præterea.

ET vt moderetur Commissariorum frequētia, à quibus multa mala audiuimus, & grauamina subditis nostris inferri, mandamus, vt de cetero, neq. à Regijs Tribunalibus, neq. à Gubernatoribus & Auditoribus Prouinciarum possunt deputari, vel mandari Commissarij generales, neq. speciales, sed quando necessitas occurrerit mittendi extra locum dictorum Tribunalium, committatur ordinariis locorum Gubernatoribus, vel Auditoribus Prouinciarum, quibus commissio erit exequendi, vel etiam Magistris Portulanis, seu Perceptoribus, si talia fuerint negotia, quę illi committi possint, & si casus occurrerit mittendi specialem Commissarium ex iusta aliqua causa, non posit mitti sine

ti sine expressa licentia Illustris Vice Regis in scriptis, seu secundum qualitatem personæ debeat per dictum Illustrem Vice Regem taxari salarium moderatum, habita consideratione ad salarium, quod alias recepit, si fuerit officialis, non intendimus tamen comprehendere cõmissarios, qui pro examinandis testibus in causis vertentibus necessario mittuntur, aut pro aliqua informatione recipienda, seu pro executione sententiarum, seu decretorum. Quibus volumus solui salarium per Regiam Pragmaticam ordinatum, & non vltra, etiam a sponte dãtibus, iniungimus, & per præsentem specialem curam Illustri Vice Regi inuestigandi & puniendi rigorose dictos Commissarios, si illos reperierit aliquid vltra commissa, vel aliquas extorsiones, seu cõcusiones commisisse. Et quia crescente dictorum Commissariorum malitia & fraude, vt ex asiduis querulantium addictionibus percipimus, salubri remedio obuiare cupientes: Mandamus ipsis, suprascriptam Pragmaticam ad vnguem, & inuiolabiliter obseruari, & illi addentes, mandamus, sancimus, & ordinamus, quod Commissarij omnes destinandi per dicta Tribunalia omnia, quam graue sit, subditos opprimere & grauare, maxime ab eis, ad quorum officium spectat, oppressos & grauatos ab eorum oppresionibus & grauaminibus releuare, dictos Regios subditos opprimunt & grauant, ab eis indebite extorquent non licita, & diuersis grauaminibus & extorsionibus grauãt & offendunt: Volentes (vt tenemur) debite prouidere, tenore præsentium de certa nostra scientia, & Regij Collateralis Consilij nobis asistentis uoto & deliberatione matura, præsentis edicti vigore, perpetuo valituri, statuimus, ordinamus, & mandamus, quod hinc in antea per dicta Tribunalia, vel aliquod ipsorum non transmittantur, neque destinentur Commissarij, & executores, & quilibet ipsorum iurent, & iuret penes acta Tribunalis, a quo transmittitur iuxta formam Capituli Regni incipientis.

ITEM recipiant: Ac dicti Commissarij, & executores, quilibet ipsorum se obligent, & obliget sub pœna vnciarum quinquaginta, & præstent fideiussoriam cautionem sub eadem pœna de se post executam commisionem infra viginti dies personaliter comparere in ipso Tribunali, & dare computum, & rationem dictę suæ administrationis, & stare iuri cum Regio Fisco & partibus, & ab inde non discedere, nisi habita licentia, & obtenta absolutione illius Tribunalis, à quo destinatus fuit, & excipimus & exceptos esse volumus Regios Consiliarios, Præsidentes Regiæ Cameræ, & Iudices Magnæ Cur. Vi. ac Regios Auditores Prouinciarum, qui cum destinati fuerint, non teneantur ad dictam fideiussoriam cautionem præstandam, cum sint approbati per administrationem officij eis commissam. Et insuper volum⁹, decernimus, & mandamus, quod se obligent, & quilibet ipsorum obliget de

get de aliquid non recipiendo vltra eius salarium condecens, & taxatum, etiam à sponte dantibus & offerentibus, volumus, decernimus, & expresse sanciendo mandamus, quod si quis ipsorum Commissariorum, & executorum, & aliorum officialium destinandorum quouis nomine nuncupandorum, aliquid receperit, extorserit, vel habuerit tempore dicti exercitij, & administrationis ab aliquo ex Regijs subditis, & aliis etiam exteris, directe, vel indirecte, per se, vel suppositam, aut interpositam personam, etiam a sponte dante, vel offerente, puniatur & puniri volumus, & mãdamus inremisibiliter pœnis omnibus, quibus puniuntur fures, siue latrones per iura, Constitutiones, siue Capitula Regni. Et insuper volumus & expresse mandamus de dicta nostra scientia, quod per Tribunalia prædicta, & quodlibet ipsorum, quando destinatur Commissarius & executor, taxetur, & declaretur salarium soluendnm Commissario & executori destinãdo, in eius cõmissione certũ & clarum & non per dietas, sed vnicum, secũdum distantiã loci, in quo est exequendum, iuxta causæ qualitatem, & eius importantiam, ne contingat quod propter taxationem salarij per dietas differantur executio & administratio iustitię, in damnum, præiudicium, & interesse partium, & Regiorum subditorum: Mandã tes propterea, Illustrib⁹, spectabilibus, & magnificis viris, Magno huius Regni Camerario, Locumtenenti, Præsidentibus, & Rationalibus Regiæ Cameræ Summariæ, Protonotario, Vice Protonotario, & deputatis in Sacro Regio Consilio, Magno Iustitiario, Regenti, & Iudicibus Magnæ Curiæ Vicariæ, & aliis Tribunalibus, & officialibus Regiis, ad quos spectabit, pręsentes peruenerint, præsentibus & futuris, seu eorum Locatenentibus & substitutis, quatenus pręsentẽ Pragmaticam sanctionem, obseruent, obseruariq. faciant in omnibus & per omnia, iuxta sui seriem, continentiam, & tenorem: & contrarium non faciant, pro quanto gratiam præfatarum Cæs. Maiestatum charã habent, ac pœnas desuper contentas arbitrio nostro reseruatas cupiunt euitare. Datum in Castro nouo Neapolis, die 7. mensis Februarij. 1540.

Propterea ægre ferentes, vt, quod tam prudenter, & ex hominum vtilitate constitutum est, contemnatur, de salubri remedio circa hoc, & alia omnia infrascripta prouidere volentes, cum voto & deliberatione sacri Regij Collateralis Consilij penes nos existẽtis, suprascriptam Pragmaticam renouamus, mandamusq. illam ad vnguẽ & inuiolabiliter obseruari: adijcientes insuper, vt, quoties prędictos Commissarios, vt supra transmitti contigerit, debeat eis certum & limitatum temporis spatium, considerata locorum distantia & negotij, ac personarum qualitate præfiniri & constitui, intra quod negotium, pro quo transmittuntur, explicare habeant & reuerti.

Aliam

ALIAM vero Pragmaticam per Serenissimum Ferdinandum e-tam, continentiæ, & tenoris infrascripti animaduertimus.

CVM multa sint, quæ Reges & Principes summa, diligentiq. cura prouidere oporteat; vt Regna & Imperia, quibus diuinitus præsunt, recte gubernentur, illud præcipue nobis curandum esse videtur, vt eorum subditi ab oppressionibus, & indebitis grauaminibus releuentur cum itaque ad nostram notitiam peruenerit, officiales & Capitaneos administrationi iustitiæ per nos ordinatos, vltra prouisionem, & salarium eis taxatum varijs modis vel lucri, vel donatiui nomine a vassallis nostris pecuniam extirpare, & interdum plures personæ, ac ciues, vt gratiam, & fauorem ipsorum officialium adipiscantur, eisdem dona & pecunias ex publico procurent, ne subditis nostris prędictis extorsionibus & alijs solutionibus indebitis iam dictis continue grauentur, & officiales ipsi, qui pro tempore fuerint, prouisione tantum modo eis ordinata, vel taxanda contenti remaneant, & acquiescant, remoti penitus ab omni spe alicuius alterius lucri vel donatiui, sed in ipsa administratione iustitię semper intenti, & solliciti sint: nec non etiam Vniuersitates, Terræ, Castra, Loca, Ciuesq. & homines in illis habitantes, incolatum ducentes, ne possint & valeant amicitias, suffragia, & fauores ipsorum officialium sibi hac ratione vendicare & acquirere cum erogatione bonorum & rerum Vniuersitatum, pauperum, pupillorum, viduarum, & miserabilium personarum, quæ dictis suffragijs, fauoribus, & amicitijs, vt possint in eorum priuatis commodis, & ad proprios vsus conuertere cum derogatione iustitiæ & administratione ipsius, quinimmo vt illa recte, & bene & diligenter (vt decet) omnibus æque & sine exceptione aliqua ministrentur, volumus, & præsentium tenore, nostra ex certa scientia, motu proprio, deliberate & consulto, ordinamus, atque decernimus, quod deinceps in futurum in perpetuum, officiales, & Capitanei prædicti, per nos ordinandi & deputandi, seu iam deputati in administratione iustitię prouisione solum modo ipsorum ordinata, vel alias taxanda per nos contenti remanere debeant, eamq. tantummodo consequantur, & illam habeant indeminute in terminis solitis & cõsuetis, iuxta nostras ordinationes & Pragmaticas, nec vltra prouisionem prædictam directe vel indirecte aliquid lucri vel donatiui ab Vniuersitatibus recipere debeant, nec ipsę Vniuersitates, ciues, & habitantes, eadem donatiua & lucra procurare debeant, seu habeant, quinimmo ab hoc omnino abstineant & cauere debeant, declarantes expresse de eadem certa nostra scientia, quod si quis officialium prædictorum præsenti nostræ ordinationi, dispositioni, & Pragmaticæ contrauenerit, ab officio & administratione iustitiæ ipso facto suspendatur. poenamq. vnciarum quinquaginta incurrat; Ciuitates autem, Terræ, Castra, & lo-

ca, ac Vniuersitates, priuati ciues & habitantes, sub pœna vnciarum centum, inremissibiliter exigendarum, & Fisco applicandarum, cum reseruatione etiam pœnas ipsas augendi & commutandi, prout nobis melius visum fuerit & placebit, iuxta demerita contra contrauenientes, pro arbitrio nostro reseruamus. Datum in Ciuitate nostra Capuę, per Magnificum Virum Andream Maricondam Locumtenentem, Fundorum Comitem &c. Die 3. Augusti. 1490. Regnorum anno trigesimo quarto.

HANC similiter ad vnguem seruari mandamus, & illi addentes præterea, sancimus, atq. ordinamus, vt Syndici, Electi, & alij quiuis Ciuitatum, Terrarum, Castrorum, & locorum officiales, priuati ciues, & alij habitantes, qui Capitaneis, officialibus, Commissarijs, quocumque vocabulo nuncupatis, aliquod contra formam & tenorem suprascriptarum Pragmaticarum dederint per se ipsos vel interpositas personas, aut eorum vxoribus, filijs, & alijs eorundem potestate subditis, ipsoq. iure incurrant in pœnas in suprascripta sanctione descriptas, neq. his contenti, cum tam longe, lateq. serpere, & increbescere hoc malum in dies conspeximus, ita vt nullę superiorum Regum Constitutiones, quæ tot in illud editæ, promulgatæq. sunt, sufficientes remedium ei adhibere potuisse videantur, sancimus & mandamus vt nedum in prædictorum computis de datis & expensis officialibus prædictis ratio aliqua habeatur, verum etiam pœnis, quibus veri fures atq. latrones puniuntur, virtute Constitutionum, Capitulorum, & Pragmaticarum Regni subijciantur, qui vero infra mensem a die contrauentionis prædictæ nostræ Pragmaticæ computandum, dum data & accepta reuelauerint & probauerint, veniam mereant, nec hisce subijciantur pœnis. His consequens est, vt, crescente in dies horū Commissariorum auaritia, & extorsionibus, noua vsque remedia adinuenire, vera etiam corrigere, si opus fuerit, absurdum non sit innecessarium, & superiorum Legumlatorum instituto comprobatum: neq. enim omnia vno & eodem tempore excogitari nedū percipi possunt. Quare Pragmaticam alias editam tenoris sequētes, OFFICIALES autem nostros, & Commissarios vt supra deputatos, si contigerit eos per hoc nostrum Regnum pro aliquo Regio seruitio iter facere, & portauerint patentes literas a nostro Illustri Vice Rege, cum per nullos alios dictas patentes expediri volumus, virtute dictarum literarū nihil aliud ab Vniuersitatibus etiam sponte dantibus recipere volumus, nisi stantiam, lectos, & paleam, & hoc pro transitu tantum, & nō vltra, & id quidem moderate & sine concussione; corrigentes, quod ad lectum, stantiam, & paleam attinet, statuimus vt post hac nulli omnino prædictorum Commissariorum siue officialium, quacumq. potestate & authoritate pollentium, liceat predictam stantiam, lectos,

& pa-

& paleam accipere, neque aliud quodcumque etiam minimum, à quacumque persona contrafacientibus easdem pœnas subituris, quę per suprascriptas Pragmaticas constitutæ supra sunt, reuocantes quascũque patentes per nos & alios prædecessores nostros expeditas.

CVM Pragm. edita à Rege Ferdinando, confirmando confirmentur capitula Regni, quibus statutum erat quod Iustitiarij vel alij pro ipsis, nihil reciperent pro Sigillo cuiuscumque literæ sigillandę per eos, & si contrafecissent, restituerentur illico illi, à quo receperant rẽ receptam, cum dando quatruplum Curiæ, eademq. sancitum præterea sit, vt Iudices, Assessores, atq. Auditores, siue Consiliarij officialiũ prędictorum, ac etiam generalium nostrorum Locumtenentium, vel apud eos deputati, vel deputandi. qui in literis, prouisionibus, mandatis, decretationibus, inhibitorijs, executorijs, vel alijs quibuscumque manus posuerint vel eas viderint, siue signauerint per manuum impositionem in eiusdem visione, signatura quacumque alia causa nihil recipiant, sed suis stipendijs contenti neminem concutiant, neque calumniari faciant, alioquin qui contrafecerit, tamquam calumniator & concussor condemnetur, per quos decet puniri voluerit atque decreuit, hanc salutarem populi sanctionem, quam pene in desuetudinem temporum in curia abijsse comperimus, ex situ & serie excitantes, remouentesque statuimus, iubemusque inuiolabiliter, sancteque & ad vnguem obseruari: Ita quod in Prouinciis nullo modo liceat Gubernatoribus, eorumue Secretariis, Auditoribus, siue aliis quibuscumque personis aliquid pro sigillo exigere aut pro decretis, contrafacientibus easdem pęnas inremissibiliter subituris, quæ per supradictam Pragmaticam constitutæ reperiuntur, & alias nostro arbitrio reseruatas.

QVIA vero hactenus in graue populorum damnum irrepsit, vt ab Auditoribus Prouinciarum, qui propter commodiorem iuris administrationem & populorum ipsam gubernationem in Prouinciis destinantur, ne ob leuem namq. causam necesse sit, Prouincialibus ex remotis forte Regni partibus, ad supremum hoc Tribunal multis sumptibus confugere, cum per Prouinciam mittuntur, pro aliquo negotio explicando, præter constitutum eis à Curia salarium dietae, quas pro dicti negotij executione impendunt vsurpatæ sint, ad quas partes deuenire necesse cogebant, dum in causis expediendis tantam negligentiam eo vsq. partibus ostenderent, donec de itinere ab eisdem requirerentur. Præterea statuimus atq. decernimus, vt posthac prædictis Gubernatoribus, Auditoribus, & Fisci patronis nullæ dietae soluantur, siue ad partium instantiam, siue curiæ missi fuerint, verum contenti ordinario salario, quod eis a Curia, ob ius in decretis, commissisq. sibi Prouinciis dicendum constitutum est, efficiant, ne ex eo,

quod

quod tenentur, præmium consequantur. quod si quis ex eis inuentus fuerit, qui aduersus Pragmaticam huius sanctionis prohibitionem, aliquid pro dictis prædictis accepisse probetur, officio priuetur, biennio exulet, & partibus quatruplum exoluat.

MANDAMVS insuper vt prædicti Auditores in audientia cum Gubernatore Prouinciæ assistant, ibiq. continue morentur, iustitiæ complementũ vnicuiq. ministrando, nec separatim Prouinciã discurrant, vt hactenus in perniciẽ populorũ & malã iustitiæ administrationẽ concernentibus, aliud Gubernatori & toti Audiẽtiæ visum fuerit.

ILLVD præterea laudabile inuenimus, nec satis tamen recte & caste obseruatum, quod in Pragmatica edita sub die 28. 1555. continetur atque comprenditur, quę in hæc expressa verba scripta est.

ITEM statuimus, quod nullus Iudex maior siue minor, & Regentes supremi Regij Collateralis Consilij, & cuiusuis alterius Tribunalis, etiam si esset Caput seu Præsidens Tribunalis, possit votare, nec interesse relationi, & discussioni quarum vis causarum ciuilium, criminalium, siue mixtarum, nec etiam feudalium, quibus fuerit Aduocatus aliquis filius, siue frater vtrinq. vel ex altero latere coniunctus, cõsobrinus, cognatus, vel nepos, siue patruus suus, licet non sit ipse Cõmissarius causę, & nemo Aduocatus coniunctus alicui ex Iudicibus, in prędictis gradibus possit secrete vel occulte aduocare seu consulere in causa aliqua, in qua aliquis ex Præsidentibus, iudicibus, siue in aliquo ex prædictis gradibus coniunctus iudicaturus est.

Interdictũ est Iudicib. in causis cõiunctorũ votare & vbi aduocati sunt eis coniuncti, nec arbitri esse possunt. h.d. vsque ad §. Item statuimus.

ITEM statuimus, quod nullus Officialis Regius supremi Regij Collateralis Consilij Præsidentes in Castro Capuanæ, Regię Cameræ, Summariæ magnæ Curię Vicarię, etiam si sit caput Tribunalis, possit esse arbiter, seu arbitrator, aut amicabilis compositor alicuius causæ, cuiuscumque qualitatis seu quantitatis existant, si causa esset feudalis, & si forte de licentia Serenissimae Maiestatis Regis nostri, seu eius Vice Regis vel Locumtenentis, in aliquo casu assumerentur arbiter, seu arbitrator & amicabilis, eo in casu non possit aliquid directe uel indirecte accipere, etiam à sponte dantibus in pecunia, auro, vel argento, seu aliqua alia specie bonorum pro trigesima, seu aliqua alia solutione, seu sub quouis alio quęsito colore.

ITEM statuimus, quod nemo officialis prædictorum Tribunalium, seu Gubernatores, & Auditores Prouinciarum Regni huius, possint, nec debeant petere seu impetrare officia à quibuscumq. Baronibus, maioribus, seu minoribus, titulatis & non titulatis huius Regni, pro amicis, consanguineis, affinibus, seu quibuscumq. aliis personis, sed à petitione & impetratione huiusmodi officiorum omnino abstinere debeant: Hanc igitur suprascriptam Pragmaticã, quę licet

Officiales cuiuscunq. gradus à baronibus officia non impetrẽt. h.d. vsque ad §. Cum alia.

recent, tamen temporum incuria, sensimus eam quasi refrigerasse, & pene desuescere cœpisse inuenimus, ad vitam, vigoremq. suum reuocantes, ac renouantes obseruari illam caste atq. inuiolate pręcise mandamus, atq. præcipimus: illud præterea addentes, vt dictæ Regiæ Pragmaticæ sanctioni nullo omnino modo dispensari possit præterquã ex iustissimis & vrgentissimis causis.

Causarũ expediendarũ per regios consiliarios partium aduocatis detur notitia, & scribantur in valuis aularũ. h.d.

Cvm alia eiusdem Regni Pragmatica cautum sit, vt Actuarij & Cõmissarij causarũ die Sabbato cuiuslibet hebdomadæ, eas quæ in subsequenti hebdomada, ex conclusionum ordine expediendæ sunt, notare debeant, vt partes & Aduocati, in quibus causis informare debent, scire possint, atq. obseruata hactenus fuerit æque, ac si edita, promulgataq. non fuisset, idq. non parum incommodi causis afferre, vsus & experientia docuerit, cum partes & Aduocati ad causam dicendam imparati plerumque admitterentur. Propterea cum deliberatione & voto Regij Collateralis Consilij penes nos existentis, mandamus decernimusq. eam plene, perfecteq. & inuiolate seruari: illamq. amplıantes & declarantes, statuimus, vt causæ pręďictæ in talibus describantur, assignentur in valuis aulæ Sacri nostri Consilij sigillatim & distincte, per dies commissarios & horas, sub pęnis in eadem Pragmatica contentis, & aliis nostro arbitrio reseruatis.

Non fiat uisitatio inter parẽtes in luctibus mortuorũ vltra diem vnum. h.d.

Praeterea cum visita quę appellantur veteri duodecim tabularum iure & Solonis lege apud Athenienses sublata multa viuis incõmoda afferre vsu, & experientia noscuntur, & coniunctorum, qui funus faciunt, mœrorem augeant, potius quam minuant, ac mortuos nihil prorsus releuent, ita vt Pittacus ex Græciæ Sapientibus, omnino accedere quemquam in funus aliorum vetuerit: Propterea celebritatem illam virorum & mulierum ad luctum & lamenta, vel consolaturi, vel simul dolituri coeuntium ex tribus, quod hactenus obseruatũ est, in vnius tantum diei spatium coartamus atq. concludimus, quo funus offertur, quo die licebit coniunctis, atq. amicis officio fungi, & vlterius eorum præsentia mortis vulnus proximis non recrudescet.

Milites quicunq. pro bagalijs ab vniuersitatib⁹ animalia non quærant. h. d.

Praeter alia incommoda, quæ turbulenta belli tempora secũ afferunt, illud non mediocrem populis iacturam inferre cognouimus, quod à Regiis militibus, dum iter faciunt, proficiscitur: vsurparunt enim contra integram & antiquam illam militiæ disciplinam, Equos, Mulos, currus, aliaque id genus iumenta, vel gratis ab vniuersitatibus extorquere pro suis rebus asportandis, quas vel ipsi sibi veteri optimorum, & fortissimorum militum exemplo institutoque ferre deberent, vel, si grauis, aut leuis armaturæ equites sint, ex superiorum Regum ordinationibus, quibus Equos & Mulum habere singuli iubentur, nullam de hoc molestiam populis exhibere, vel vniuersitates cogere consueuerunt, quo prædicta pecunia redimerent. Qua

re statuimusque mandamus, vt nullus deinceps ex Regiis stipendiariis, siue grauis, vel leuis armaturæ, siue pedestris militiæ sit, tam si inter illos simplex miles sit, quam si Ducis, Capitanei, aut alterius dignitatis & officij curam gerat, à prædictis Vniuersitatibus huius Regni, earumue particularibus hominibus, Mulos, Equos, currus, aliaue id genus iumenta pro suis rebus asportandis, quæ vulgo *bagaglia* dicuntur, accipere, aut alias huic sanctioni fraudem facere, vel eius vim, dispositionemque indirecte eludere, aut pro hac molestia redimenda aliquid a prædictis sumere audeat. Capitanei, ceterique militares officiales, & milites, qui aduersus hanc nostram Pragmaticam fecerint, aut aliquid quoquomodo attentauerunt, cingulo priuati, biennio exulent, aliisq. pœnis nostro reseruatis arbitrio puniantur. Syndici vero Electi, alijue prędictarum Vniuersitatum particulares aliquid contra hanc prohibitionem dantes, nihil prædictorum occasione ab Vniuersitatibus consequantur, & per triennium in Regiis triremibus remigent. etsi verum sit minoribus ex animo delinquentibus iura non subuenire, nisi quatenus interdum miseratio ætatis iudicantes ad mitiorem pœnam perduxerit, sitq. propterea perspicuum non necessitati, sed Iudicis arbitrio esse relictum, an minores delinquētes omnino mitiori, & non ordinaria pęna puniendos esse asseuerarunt. quare, vt nulla in posterum dubietas oriri possit, sancimus, statuimus, & declaramus iudicantium esse arbitrio, an ordinaria vel mitiori pœna, minores delinquentes puniendi sint, considerata delicti atrocitate, personæ qualitate, delictorum reiteratione, ac ceteris aliis considerandis, recte perpensis: Non itaque necessitati, sed Iudicis arbitrio id omne relictum, post hoc omnes intelligant. quæ omnia cum voto & deliberatione Regij Collateralis Consilij penes nos assistentis per nos sancita, disposita, & statuta, perpetuo valitura esse volentes: Mandamus Illustribus, spectabilibus, & magnificis viris, Magno huius Regni Camerario, Locumtenenti, Prędentibus, & Rationalibus Regiæ Cameræ Summarię, Protonotario, Vice Protonotario, & deputatis in Sacro Regio Consilio, Magistro Iustitiario, Regenti, & Iudicibus Magnæ Curiæ Vicariæ, & aliis Tribunalibus Regijs, ad quos spectabit, & præsentes peruenerint, præsentibus & futuris, seu eorum Locatenentibus, & substitutis, quatenus præsentes Pragmaticas sanctiones obseruent obseruarique faciant, in omnibus & per omnia iuxta earum seriem & tenorem, & contrarium non faciant, pro quanto gratiam prædictæ Regiæ, & Catholicę Maiestatis charam habent, ac pœnas desuper contentas arbitrio nostro reseruatas cupiunt euitare. & vt de illis ignorantia aliqua allegari non possit, eas publicari mandamus, tam in hac fidelissima Ciuitate Neapolis, quam in toto Regno. Datum in Palatio Regio, prope Ca-

strum nouum Neapolis die 26. Octobris 1558. Don Iuan Manrique. Vidit Albertinus Regens. Vidit Villanus Regens. Vidit Pignonus Regens. Vidit Villanoua Regens. Vidit Reuerterius Regẽs. Dominus Vice Rex Locumtenens & Capitaneus generalis mandauit mihi Ioanni de Soto.

COMPOSITIONIBVS. ET. COMMVTATIONIBVS. POENARVM.

PRAGMATICA. I.

Inanes sũt, cõpositiões, pœnarumq. cõmutationes in delictis vbi venit imponẽda pœna mortis aut membri abscissionis, si fiant inconsulto Prorege.h.d.

CAROLVS V. *Imperator in anno.* 1536. Et quia facilitas veniæ incentiuum tribuit delinquendi, nullamque reus pertimescit culpam, quam pecunia redimere posse existimat: Mandamus & prohibemus, quod neque per Tribunalia Iustitiæ, neque per Gubernatores Prouinciarum, seu Auditores, neque per Capitaneos terrarum Demanialium, neque etiam Cõmissarios, si qui eligerentur, seruata forma per nos data, possit fieri remissio, seu compositio aliquorum criminum, pro quibus de iure veniret imponenda pœna mortis, vel mutilationis membri, inconsulto, & absque expressa licentia Illustris Vice Regis in scriptis, postquã fuerit informatus de qualitate delicti & personarum; Decernentes irritas & inanes, nullas, nullius valoris, remissiones aliter factas vltra pœnam priuationis officiorum, in quas incurrere mandamus ipso facto, officiales, qui contra præsentem Pragmaticam, remissiones, seu compositiones fecerint.

PRAGMAT. II.

Cõmutatio pœnæ in delictis quib⁹ supra nõ fiat nisi ad Regias triremes sitque parte concordata.

CAROLVS V. *Imperator in anno.* 1540. Et, ne sperata delictorũ venia, improbos omnes ad patranda crimina procliuiores reddat: aliosque impunitos ipsa pelliceat, vnde delinquentium numerus augeretur: Mandamus quod deinceps in quibuscumque delictis, vbi pœna mortis naturalis, vel mutilationis membri insligenda veniret, pœna ipsa nequaquam commutetur, sed malefactores pro commissis excessibus debite plectantur: præterquam si delictum commissum esset huiusmodi, quod ex eius circumstantiis & qualitatibus videretur Pro Regi nostro simul & Consilio Collaterali penes ipsum existenti pœnam esse omnino commutandam. quo casu bene examinatis qualitatibus & circumstantiis prędictis, liceat Pro Regi & dicto Consilio pœnam cõmutare, cuius loco succedat condẽnatio ad remigandũ in triremibus nostris in perpetuũ, vnde dicti condemnati

nullo tempore extrahantur. Mandamus etiam quod delictorum post hac committendorum, in quibus pena mortis naturalis, seu mutilationis membri, vel quæcumque alia pœna naturalis imponenda veniret, compositio fieri minime possit, præcipue partis remissione non apparente, præterquam si ex causis iustissimis & concurrentibus qualitatibus, ad hoc rationabiliter impellentibus, Pro Regi nostro, & Collateralis Consilio aliter videretur: Quibus recte examinatis & verificatis, partisque remissione accedente, liceat, dictis Vice regi & Consilio compositionem facere, vel fieri mandare.

PRAGMATICA. III.

PHILIPPVS *Dei gratia Rex, &c. Magnifici Viri Consiliarij Regij fideles dilectissimi.* DA parte del Magnifico Giouan Cola Carauita, Auocato Fiscale di questa Prouincia, n'è stato presentato Memoriale con alcuni capi, tra li quali ci sono gl'infrascritti, videlicet.

Commutatio poenae in prædictis delictis non fiat, etiã per transactionẽ, & Baricelli personaliter deseruiant.

ITEM supplica l'Eccellẽtia uostra sia seruita ordinare che la Pragmatica, che non si commuti pena corporale in pecuniaria, s'osserui, *etiam per viam transactionis,* perche altramente ogni causa si commuta, sotto colore che lo delitto non costa apertamente.

ITEM supplica l'Eccellentia vostra sia seruita ordinare che'l Capitanio di Campagna serua di persona, e non dia il carico e peso suo ad alcuno soldato di sua compagnia come fa, e ch'attenda con diligẽtia com'è obligato, perche dal non attenderci, & l'Audientia disquitarsene sopra di lui, nasce il cumulo di fuor'usciti, e danno di sudditi, *vt Deus &c.* ET visto per noi quanto n'è stato per il preinserto Memoriale esposto, uolendo debitamente prouedere, ci ha parso farui la presente, per la quale, in quanto al primo capo, vi dicemo, & ordiniamo, che debbiate osseruare la Pragmatica Regia di non componere *in certis casibus,* ancora che sia per via di transattione: E circa il secondo capo, vi dicemo che s'il prefato Capitanio della Campagna non residerà a seruir di persona com'è obligato, non le debbiate fare pagar sua prouisione: Per tanto così l'essequirete, che tal è nostra voluntà & intentione, non fando lo contrario si amate la gratia e seruitio del la prefata Maestà. la presente resti al presentãte. *Datum in Regio Palatio, prope Castrum nouum Neap. die 19. Augusti. 1556. Il Duca d'Alua. V. Polo R. V. Villanus R. Albertus pro Martirano Sec. In Cur. iij. Dirigitur Gubernatori Principatus citra.*

PRAGMAT. IIII.

PHILIPPVS *Dei gratia Rex, &c.* Perche l'ammettere li delinquenti à cõpositione è gratia, & la volũtà nostra nõ è d'ammettere alcuno à compositione, si non precede la remissione de tutti q̃lli

Delinquentes non admittãtur ad

cõpositionẽ nisi habita remissione omniũ, quorum interest querulare. h.d.

li quali di giustitia ponno querulare & accusare: Per tanto vi dicemo & ordiniamo, che da quà auanti non debbiate venire à trattare compositione, si prima nõ precedono le remissioni di tutti quelli, alli quali di giustitia compete ragione di querulare, & accusare li delinquenti, attento la voluntà nostra è di non ammettere à compositione delinquente alcuno, il quale non tenga remissione de tutte le parti, alle quali spetta raggione di querulare, ancora che tenessero remissione della maggior parte di quelli, alli quali spetta ragione di querulare, & accusare: Declarãdo ancora, che tutte le compositioni, fatte di nostro ordine, dapoi che semo gionti nel Regno, non habbiano d'hauer effetto, se non si troueranno concordate tutte le parti, come di sopra è detto. e così esequirete, non fando il contrario per quanto hauete cara la gratia della prefata Maestà. *Datum in Palatio Regio, prope Castrum nouum Neap. die 4. Octobris. 1559. Don Perafan. Vidit Albertinus Regens. Vidit Villanus Regens. Vidit Reuerterius Regens. Soto Secret. Dirigitur Magnę Curię.*

PRAGMAT. V.

Inquisiti de receptatione proscriptorũ, nõ admittantur ad compositionẽ inconsulto Prorege. h.d.

PHILIPVS *Dei gratia Rex, &c.* Perche la voluntà nostra è, che non s'ammetta à compositione persona alcuna, la qual fosse inquisita di recettatione di fuorausciti, seu d'hauer dato sussidio, ò prestato in qual si uoglia modo aiuto, ò fauore alcuno à quelli, senza primo consultarlo con noi, & ottenta nostra licentia, per questo vi dicemo, & ordiniamo, che così lo debbiate esseguire, e non altramẽte, che così richiede il seruitio di sua Maestà. *Datum in Palatio Regio, die 26. Augusti. 1560. Don Perafan. Vidit Albertinus Regens. Vidit Villanus Regens. Vidit Pignonus Regens. Soto Secretarius. In Curiæ secundo. Dirigitur Gubernatori Principatus citra.*

PRAGMAT. VI.

Sola remissio morientis non sufficit in compositionibus delictorũ, sed omniũ, quorũ interest, etiã requiritur. h. d.

PHILIPPVS *Dei gratia Rex, &c.* Spectabilis & Magnifici viri Regij Consiliarij fideles dilectissimi. HAVEMO riceuuta vostra carta da Salerno à vinti sei di Giuglio, circa la relatione che n'hauete fatta della causa d'Ascanio Capograsso, che dimanda esser'ammesso à compositione, & visto quanto ne hauete scritto e referito, e specialmente che non tenete altra remissione, eccetto quella del morto: vi rispondemo che noi non volemo la remissione tantum di quello che muore, ma di tutti quelli che restano, e che ponno querulare. e per tal causa vi dicemo che la voluntà nostra è, che nè il predetto, nè altri si habbiano da ammettere à compositione alcuna, senza tutte le remissioni di quelli, che ponno querulare. e così l'esequirete, e non altramenre. *Datum in Palatio Regio Neapolis, die xvi. Septembris. 1560.*

Don

Don Perafan. Vidit Albertinus Regens. Vidit Villanus Regens. Soto Secretarius. In Curię primo. fol. 157. Dirigitur Gubernatori Principatus citra.

PRAGMATICA. VII.

Circa punitionem delictorũ & eorum compositionẽ seruẽtur iura Regni, & partium remissiones fiant iudice præsente, officiales pareant syndicatui termino nõ arctato, & successor de prædecessoris vita secrete se informet. h.d.

PHILIPPVS *Dei gratia Rex, &c.* Illustres & Magnifici Viri Collaterales Consiliarij fideles dilectissimi. TRA gli altri capi che per la Maestà del Rè nostro Signore ci son stati scritti in vna sua lettera de Mádritto della data del primo di Maggio passato, sopra il buon gouerno, & amministratione della giustitia; sono li sequẽti, videlicet.

TAMBIEN ordinamos, y mandamos que paraque los delittos que son esemplares, y merecen pena de muerte natural, ò mutilation de membros, no quedan impunitos, se guarden inuiolabilmente los Capitulos y Pramaticas, que despuenen la forma que se ha da tener, en hazer las cópositiones dellos, de manera que el hauer facilidad en esto no sea incentiuo, y occasion, para que los delittos y forasidos se multipliquen, y la iusticia no tenga su lugar de no castigar los testigos falsos con el rigor, y seueridad que requiere delitto tan pernicioso, y con el qual se confunde la iusticia y verdad, conforme alo que sta despuesto por los Capitulos y Pramaticas desse Reyno, es tambien causa que abunde en tanto numero, come hay dellos, para remedio delo qual tenereis particular cuydado, y mandamos que quando se offeresciere el caso, se eseque en allos las penas constitudas per lo dichos Capitulos y Pramaticas, y por el derecho comun. Vna delas causas por que muchos se attreuen à comettir delittos, es por la speranza que tienen de ottener remission delas partes, y despues de nos, y assi para consequirlo, primiero intendemos que vsan de tantos medios que quando mas no pueden, las costrengen à ello por amenazas, y cõtra su uoluntad, y porque por muchos respettos conuien en parte quitar esta violencia: Por la presente declaramos, que de à qui adelante no valga ninguna remission de parte, que se hiziere, si non fuere en el Tribunal de Capuana, Vicaria, y Gouernadores, ò Auditores de Prouincias, ò delante delos Iuezes ordinarios delos lugares, donde tuuieren domicilio las partes: E nel tomar delos sindicados delos gouernadores y Capitanes del Reyno se vsa segun entendemos muchas complacencias, y alargan, y abreuian el tiempo delos dichos sindicados los Elettos, y Sindicos delas Vniuersitades, que los toman segun el odio ò affecion, que les tienen, sin tener cuenta con el termino costituido por la Pramatica, y porque por lo que tocca al bien dela iusticia no se deue dar lugar a esto, ordinamos, y mandamos, que la Pramatica, y Capitulos que sobre esto despuenen, se guarden inuiolabilmente, y que de à qui adelante, al que fuere successor e nel officio,

haia de tomar informacion secreta ex officio, de come se ha hauido e nel su predecessor, y embiarosla à vos, o al Viso Rey, que por tiempo fuere, ò al Conscio Collateral, à effetto que se tengan entendidas las attiones de cadauno, prohibiẽdo que asta que esto este hecho no puedan los tales ser proueidos de otro officio.

Et visto per noi il tenore delli preinserti ordini della prefata Regia & Catolica Maestà, atalche s'osserua & esequa quanto per quella ne viene ordinato e comandato, vi dicemo & ordiniamo ch'inspetta per voi la forma e tenore delli detti ordini, debbiate quelli, & quanto in essi si contiene, osseruare & esseguire, e fare esseguire, & osseruare senza diminutione, replica, nè contradittione alcuna: dando ordine alli Capitanei, & Officiali delle Citta, Terre, & luoghi di questa Prouincia di Terra di Lauore, ch'osseruino anco loro & ciascun d'essi quanto in detti ordini sta comandato, & alle Vniuersità della medesima Prouincia, che per quello spetta al dare delli sindicati per li sindicatori alli officiali deputati, & deputandi, debbiano osseruare & fare osseruare quanto in detti ordini di sindicare la prefata Maestà comanda, conseruando, e fando conseruare la presente con l'altre ordinationi di questa grã Corte, attalche in futurũ se ne habbia notitia per li officiali di quella: Non fandosi lo contrario per quanto s'ha cara la gratia, e seruitio della prefata Maestà. *Datum Neap. die 25. Iunij 1566. Don Perafan. Vidit Pignonus Regens. Vidit Patignus Regens. Lobera pro Secretario. In Cur. visitationis primo. In Inferno num. 77.*

PRAGMATICA VIII.

Quibus cõpetit successio, competit actio q̃rulandi, & remittendi. h. d.

PHILIPPVS *Dei gratia Rex, &c.* Nelli anni passati, per noi furono scritte lettere à questa gran Corte dirette, del tenor sequẽte, videlicet. PHILIPPVS *Dei gratia Rex Castellæ, Aragonum, vtriusque Siciliæ, Ierusalem, &c.* ILLVSTRI *& Magnifici Viri Collaterales Consiliarij fideles dilectissimi.*

PERCHE l'ammettere li delinquenti à compositione è gratia, & la voluntà nostra non è d'ammettere alcuno à compositione, si non precede la remisione di tutti quelli li quali di giustitia ponno querulare & accusare: Per tanto vi dicemo, & ordiniamo, che da quà auanti non debbiate venir à trattare compositione, si prima non precedeno le remissioni di tutti quelli, alli quali di giustitia compete ragione di querulare & accusare li delinquenti, attento la voluntà nostra è di nõ ammettere à compositione delinquente alcuno, il quale non tenga remissione de tutte le parti, alle quali spetta raggione di querulare, ancora che tenessero remissione della maggior parte di quelli, alli quali spetta ragione di querulare, & accusare. Declarando ancora, che tutte le compositioni, fatte di nostro ordine, dapoi che semo gionti nel

Regno,

Regno, non habbiano d'hauer effetto, se non si troueranno concordate tutte le parti, come di sopra è detto. & cosi esequirete, non fando il contrario per quanto hauete cara la gratia della prefata Maestà. *Datum in Palatio Regio prope Castrum nouum Neap. die 4. Octob. 1559. Don Perafan. Vidit Albertinus Regens. Vidit Villauus Regens. Vidit Reuerterius Regens. Soto Secret.* Et hauendoci quessa Gran Corte fatto instantia per declaratione da che grado congionto à gl'offesi s'ha da ottenere per gl'inquisiti per farseli buona la gratia, ò compositione che da noi ottenessero per loro delitti, dubitando alcuni ch'in virtù di dette lettere, fosse necessario ottenersi remissione da tutti li parenti delli morti, oltre quelli che son più prossimi, & in precedenti grado cōgionti, alli quali si differisce l'heredità, e successiue delli morti: ci è parso declarare, si come per la presente declaramo, che la volontà nostra è, che s'ottengano le remission predette da tutti li parenti di detti occisi più prossimi, e più congiunti, alli quali si differisce la successione del morto: talmente che se la maggior parte di quelli, che sono nel medesimo grado, alli quali si differisce la successione, remettesse, non basti, nè si possa dire remissione valida, à fine d'ottenere gratia ò compositione, ma volemo che tutti quelli che sono nel medesimo grado, alli quali si differisce la successione, habbia à remettere, altramente non sia remissione bastante per ottenere gratia, ò compositione. Per tanto vi dicemo, & ordiniamo, che si prima non vi costarà che per gl'inquisiti predetti s'habbiano ottese le remissioni da tutti li predetti, alli quali si differisce la successione nel primo, seu più prossimo grado congionti di detti morti, non ci debbiate fare in modo alcuno relatione di loro cause, quando dimandano gratia ò compositione, & nel tempo che per ordine nostro venereti à farci alcuna di dette relationi, non solo ci refereréti la causa, della quale s'inquire il colpato, ma anco delli nomi, & cognomi di quelli c'hauranno fatto parte in giudicio e querulato, e se di tutti in detto primo e più prossimo grado congiunti haurāno remissione, e cosi l'esequireti, che tale è nostra volontà. *Datū Neap. die 15. Octobris. 1567. Don Perafan. Vidit Villanus R. Vidit Reuerterius R. Lobera pro Secret. In Cur. vij. fol. 140. Dirigitur Magnae Curiae.*

CONSERVATORIIS.

PRAG. I. IN ANTIQVIS.

Conseruatoria, quorum originem ab optima iuris prudentia emanasse constat, prohibentia vim alteri, in eum abusum adducta sunt, vt non solum verum possessorem tueantur, immo per ea vera possessori violentia, & spolium

Conseruatoria, parte citata, conceditur alias secus. h. d.

ſpolium infertur, quando, duobus, vel tribus teſtib⁹ examinatis, clam & per ſubornationem falſa forte deponentibus conceduntur, per eaque ſaepius, qui numquam poſſedit, ſub conſeruationis ſpe, poſſeſſor conſtituitur, quod in futurum fieri, praeſenti Conſtitutione omnino prohibemus, decernimuſque conſeruatori, in quibus obtinendis, pars legitime citata non fuerit ad dicendum, quare conſeruatorium impetrare volens, in poſſeſſione conſeruari non debeat: Et ad videndum teſtes iurare ſuper dicta poſſeſsione recipiendos, pro nullis, & irritis haberi, perpetuoque ad nullum praeiudicium cuiuſque, vt praefertur, non citati allegari poſſe: debeat tamen ſuper dicta poſſeſsione conſeruanda, vel non ſine figura iudicij ſummariae procedi viſa facti veritate.

CONTVMACIBVS. ET. VT. NON. ACCEDANT AD. CVRIAM. REGIAE. MAIESTATIS.

PRAGMATICA I.

Sufficiat pro Summario Rub.

PHILIPPVS *Dei gratia Rex, &c.* Per quanto la Maeſtà del Rè noſtro Signore per vniuerſal beneficio, quiete di ſuoi ſubditi, & per la buona, e retta amminiſtratione della giuſtitia, & acciò che li facinoroſi, e delinquenti non trouino alcuno recettacolo, ſeu refugio per differire il caſtigo, e pena di loro demeriti, per li quali non curano di comparere, e preſentarſi nelli Tribunali, doue ſono citati, & accuſati, & perſonalmente dar conto, & ragione di quello che ſe gli oppone, e ſono inquiſiti, hanno refugio & ricorſo à ſua Real Corte, per ſottofugir la detta pena di lor maleficij, per li quali anco ſi bandiſcono, e fuorgiudicano, ha fatto emanare, & eſpedire Pragmatica ſanctione del tenor ſequente, videlicet.

PHILIPPO por la gratia de Dios Rey de Caſtilla, de Aragon, de Leon, de las dos Sicilias, de Ieruſalem, &c. PORQVE ſe vè per eſperiencia, que vnos delos principales remedios para tener y conſeruar nuoſtros ſudditos y vaſſallos en paz, y quietud, es la buona y retta amminiſtration dela iuſticia, entre ellos la qual principalmente conſiſte en la punicion y caſtigo delos crimines y exceſſos, que ſe cómettent, por lo qual non ſolo conuiene, mas à vn es neceſſario, que los ombres malos y facinoroſos non hallen refugio, nè recettaculo en ninguna parte para euitar, y defferir el caſtigo y pena de ſus demeritos, ſino que en todas partes ſeñalatamente en nuoſtra Corte, come principal eſemplo, y dechada delos otros Tribunales ſean perſequidos, y con effetto caſtigato, y conſiderando los muchos, y graues crimines, delittos, y ſucceſſos que ſe ſuolen commetter en nuoſtros Reynos, Eſtados y Señorias, y quelos delinquentes tomando por occaſion y color di

accusatione falsi pronunciatum in fauorem accusantis, & altera pars condemnata, iuxta formam Regiae Pragmaticae, alijs poenis à iure Regnique Constitutionibus, Capitulis, atque Pragmaticis, editis contra huiusmodi accusatos, & conuentos, in suo robore manentibus: Veruntamen si pars de falso accusans, falsitatem allegauerit, ex eisdem actis procedatur, nihilominus in causa principali, donec Iudici de dicta falsitate constiterit, quo casu super causa principali iuxta formā iuris supersedeatur, & super falsitate p̄dicta, iustitia mediante prouideatur seruata forma Pragmaticae praedictae: In accusationibus autem falsi, hanc ante nostram ordinationem iam propositis seruari volumus, ordinationem, & stilum hactenus consuetos. Datum in Castro nouo Neapolis, decimo Decembris. 1509. Don Raimondo de Cardono Luocotenente generale. Vidit Montaltus Regens. Vidit Decolle Regens. Dominus Locumtenens generalis mandauit mihi Petro Lazaro de Xea.

PRAGMAT. III.

CAROLVS *Quinctus Imperator in anno* 1536. Testes insuper falsos, quorum numerum, mirum in modum creuisse intelleximus poenis à legibus, Constitutionibus, Capitulis, & Pragmaticis Regni statutis, castigari mandamus irremissibiliter: Addentes, quod falsus testis, qui de falso fuerit condemnatus, si iterato in falsi crimen inciderit, poenam mortis naturalis incurrat.

Falsi testes qui iterant falsitatem, poenā mortis naturalis incurrāt. h.d.

PRAGMATICA IIII.

PHILIPPVS *Dei gratia Rex, &c.* Quoniam falsorum testium, peruersorumque hominum prauitas vsq. adeo aucta est, vt absque Dei ac iustitiae timore, ne dum in ciuilibus causis, verum etiam in criminalibus, & ne dum ad reorum defensam, (quod & ipsum iniquum est) verum etiam, quod longe prauius, atque omni abominatione abominabilius est, inuidia, odio, aliaue diabolica prauitate adducti, ad proborum, ac innocentium virorum offensam, falsum deponere, ac instruere non verentur: comitijs nuper habitis fidelissima haec Ciuitas Neapolitana, Barones, Regnumque totum humiliter supplicarunt, vt tāto sceleri grauiores imponere poenas dignaremur. nos autem eorum supplicationi velut iustissimae annuentes; intendentesque in hoc falsi crimine pro Dei Optimi Maximi, Regiaeque Maiestatis seruitio, publicaque vtilitate pinguius prouidere, honorisque, vitae, & fortunarum, subditorum omnium Regiae Maiestatis securitati prospicere, praesenti nostra Pragmatica perpetuo valitura, statuimus, decernimus, ac mandamus, vt, quicumque in criminalibus causis offendant, defendantve reos, falsum testimonium perhibeant, depo-

Testes in criminalibus falsum deponentes, & illos instruentes, vltimo supplicio tradātur. In ciuilib⁹ vero trūcationis manus, & perpetui exilij, poenae subiaceant. h.d.

deponantque, mortis naturalis poenam irremissibiliter incurrant, eadem poena, & qui consulerint, instruxerintve falsum, teneri itidem decernentes, atque mandantes. In ciuilibus autem idem falsitatis scelus audentes, tam testes, qui falsum deposuerint, quam qui falsitatem ipsam consuluerit, instruxeritve, dexterae manus truncationis, perpetuique à Regno exilij poena irremissibiliter plectatur. Pragmatica Caesareae Maiestatis, quae id delictum reiterantibus mortis naturalis poenam imponit in suo robore remanente. & vt cunctis innotescat, & nemo ignorantiam allegare possit, hanc sanctionē, & Pragmaticam affigi iussimus in valuis Tribunalium Sacri Regij Consilij, Regiae Camerae Summariae, & Magnae Curiae Vicariae. Datum in Palatio Regio prope Castrum nouum, die primo Iulij. 1561. Il Duca d'Alua. V. Polo Regens. V. Villanus Regens. Dominus Vice Rex Locumtenens, & Capitaneus generalis, mandauit mihi Francisco Auitaya pro Martirano Secretario. In Pragmaticarum ij. 144. Die sexto dicti Mensis per Regale Bandum publicata.

PRAGMATICA V.

Manna falsam vendentes, facientes, & domi tenentes poenam mortis incurrant. h. d.

PHILIPPVS *Dei gratia Rex, &c.* Considerato quanto sia dannoso, & di nocimento per la salute, & vita de gli corpi humani, l'vso delle manne forzate, misturate, & false: Volendo sopra ciò opportunamente prouedere, per lo presente Bando, con voto, & parere del Regio Collateral Conseglio, appresso di noi assistente, si ordina, & comanda, sotto pena della vita, che nisciuna persona di qual si voglia grado, stato, & condicione si sia, ardisca, nè presuma, tanto nelle Prouincie di Calabria, quanto nel Monte Gargano, ò altri luoghi nel presente Regno, di fare, ò misturare, ò ad altri far fare, ò misturare Manne false, ouero altre sorte di Manne misturate di corpo, & fronde, nè fare, nè simplici, & percussioni, & ferite, ò espressioni di frascini, di orni, & d'altra sorte d'arbori, & non possano, nè debbiano aggiungere zuccaro, ò mele alle Manne buone, nè quelle tagliare minute, ma solo secondo la natura le produce, & simplicemente conseruare, & accomodare appartatamēte la Manna di corpo, dalla Manna di fronde, ordinando ancora sotto la medesima pena, che nisciuno presuma cogliere Manna in San Germano, ò in altro luoco del presente Regno, doue sono Stagni, Padule, ò fanghi, vitiati da putredine, per lino, cannauo, ò vero minere. quali sogliono fare male vaporationi, nè quelle vendere, etiam se la detta Manna colta in detti luoghi fusse di colore buono, ma quelli, che tengono Manna, la debbiano portare auanti al Magnifico, & circonspetto Francesco Reuertera, Regente di Cancellaria, & del Collateral Conseglio, quale giontamente con lo Magnifico Protomedico la faranno da gl'esperti, ch'a loro pareranno giudicare, nè se

habbiano da vẽdere, nè vsare le Mãne da quà auãti, che nõ siano viste dalli predetti, & giudicate che non siano cõtrabando, & acciochè detto Bando s'habbia inuiolabilmente da osseruare, volemo che nella sopradetta pena incorra tanto quello che tenerà in casa dette Manne false, & colte in detti luoghi prohibiti, quanto quelli che le comprassero, & vendessero, ò quelli Sansari ch'interuenessero in dette vendite, come ancora quelli Speciali che pigliassero nelle loro Botteche le sopradette Manne false, & misturate, & colte nelli sopradetti luoghi prohibiti, etiam da potere de gl'infermi, & di quelli componessero polue, ò medicine. *Datum Neap. die tertio decimo Maij.* 1562. *Don Perafan. Vidit Albertinus. Reg. Vidit Villanus R. Vidit Reuerterius R. Vidit Patignus Reg. Soto Secretarius. In Cur. 2. fol. 262.*

PRAGMATICA VI.

PHILIPPVS *Dei gratia Rex, &c.* Perche è tanto frequentato il delitto di quelli, che senza timor di Dio nostro Signore, & della giustitia, con polize false vanno nelli Banchi robbando li dinari alli Banchi predetti, inganandoli con dette polize false, che non ponno securamente detti Banchi negotiare, senza grandissimo pericolo, & danno loro: volendo rimediare à questo inconueniente, come conuiene alla buona & retta amministratione della giustitia, & securità delli Banchi, hauemo deliberato, con voto, & parere del Regio Collaterale Conseglio, appresso di noi assistente, alterare le pene contra quelli che portano dette polize false, per pigliare con quelle dinari in detti Banchi, acciò che per timore della pena s'astengano gl'huomini di commettere detto delitto. Et per ciò statuimo, ordiniamo, & declaramo, che quelli, li quali portaranno dette polize false in alcuno di detti Banchi, per pigliare dinari con esse dalli Banchi predetti, ancora che non hauessero pigliati li dinari, ma solo presentate le dette polize false in detti Banchi, incorrano, & ciascun d'essi incorra in pena di morte naturale, la quale pena, ordiniamo, & comandiamo à tutti li predetti officiali, & Tribunali, & ciascuno di loro in solidum, che contra gli predetti la debbiano esseguire, & fare esseguire inuiolabilmente, senza eccettione di persona alcuna. Et atalche sia noto à tutti, & non si possa allegare ignorantia, comandiamo che si debbia della presente affigere copia autentica in valuis di qual si voglia Tribunale, & farse della detta affissione notamento in dorso di questa. Non fandosi lo contrario, per quanto se ha cara la gratia, & seruitio della prefata Regia, & Cattolica Maestà. *Datum Neap. in Regio Palatio, die* 22. *Mensis Octobris*. 1567. *Don Perafan. V. Villanus Regens. V. Reuerterius Regens. Dominus Vice Rex, Locumtenens, & Capitaneus generalis mandauit mihi Ludouico de Lobera pro Secretario.*

Qui ad bancherios accedunt cum apocis falsis, poenam mortis subeant. h. d.

FENESTRIS EXISTENTIBVS EX ASPECTV MONASTERIORVM.

PRAGMATICA I.

Fenestrę existētes ex aspectu Monasteriorū Monialium de quib⁹ aliqua verteret lis, infra mēsem claudantur, & pauimenta tegulis cooperiātur, & hactenᵘ non fiant. h. d.

PHILIPPVS *Dei gratia Rex, &c.* Antonius Perrenotus S. R. E. tituli Sancti Petri ad Vincula, Presbyter Cardinalis de Granuela, praefatae Regiae, & Catholicae Maiestatis à Consilijs Status, & in hoc Regno Locumtenens, & Capitaneus generalis, &c. HAVENDO inteso non senza gran nostro dispiacere le liti che in questo Regno si sono agitate ad instantia di Monasterij di Donne Monache, tanto di quelli che stanno dentro questa magnifica, & fidelissima Città, come fuora per tutto il Regno, sopra il chiudere delle finestre, & sasine, che da particulari persone si fanno, & sono fatte in case, & altri edificij circum circa li Monasterij predetti: Dalle quali finestre, & sasine si haue aspetto dentro detti Monasterij, & ne nasce poco honore delli Monasterij predetti, & gran pericolo dell'honestà loro: Volendo sopra ciò debitè prouedere, perche il principale pensiero de chi gouerna deue essere intento à mirare alla honestà, & signanter di luoghi religiosi, ci è parso per quello conuiene al seruitio di nostro Signore Iddio, & al buon gouerno fare la presente Pragmatica omni tempore valitura, per la quale, con voto, & parere del Regio Collateral Conseglio appresso di noi assistente, statuimo, & ordiniamo che tutte le sasine, & finestre le quali se ritrouassero fatte in altre cose intorno li Monasterij predetti, ancora che ci fussero in mezo strade, & altri luoghi che diuidessero le case, & altri edificij dalli Monasterij, *quantumcunque* distanti, & che vertesse lite sopra il serrare ò aprire di dette finestre, & sasine, & che fussero le case predette di qual si voglia persona di qualunque stato, grado, & condicione, si debbiano fra termine di vn mese dapoi la publicatione della presente Pragmatica fare serrare, & farnosi far di maniera che da esse non si possa in modo alcuno vedere, nè poco, nè assai nella parte di dentro di detti Monasterij, & gli astrachi che sono, & saranno con la seruitù predetta di aspetto dentro di detti Monasterij, debbiano farsi à tetto de imbrici, talmente che da quelli non si ci possa affacciare, & vedere in alcun modo dentro detti Monasterij, & da quà auanti non si debbiano fare di dette finestre, sasine, & astrachi, dalli quali si possa in modo alcuno vedere dentro detti Monasterij, ne *in futurum* fare dette aperture, finestre, ò sasine, etiam per virtù de Priuilegij, ò altre concessioni, sotto pena à ciascuno che contrauenerà di ducati mille, & altra à nostro arbitrio riserbata; ordinando, & comandando à tutti, & singoli officiali, & tribunali, maggio-

maggiori, & minori, che non obstante qual si voglia lite mote, & mouende, & non obstante qual si voglia colore, & causa, debbiano tener pensiero dell'osseruantia della presenre Pragmatica, & dell'essequutione della sopradetta pena di docati mille: Et possere declarare la predetta altra riserbata à nostro atbitrio, ce ne debbiano tenere incontinente auisati. Et attalche sia noto à tutti, & non si possa allegare ignorantia, hauemo ordinato, si come ordiniamo con questa, che si publichi, tanto in questa predetta Città, quanto in ogn'altra parte del Regno. *Datum Neap. die 12. mensis Nouembris. 1573. Ant. Card. de Granuela. Vidit Reuerterius R. V. Salernitanus R. V. Salazar R. Dominus Locumtenens, & Capitaneus generalis mandauit mihi Ludouico de Lobera pro Secretario. In Pragmaticarum primo. fol. 107.*

F E V D I S.

PRAGMATICA I.

In viuentib' iure Fracorũ soror maricata de bonis fratris ab eius successione excluditur, secus si de bonis patris. In viuentibus iure Lõgobardorum sufficit quod sit dotata à cõmuni patre vt excludatur. h. d.

IOANNA *Secunda Regina, &c.* Vniuersis, & singulis praesentes literas inspecturis, tam praesentibus, quam futuris, &c. SANE pro parte Magnificae mulieris Catherinae Filigeriae, vxoris viri Magnifici Ser Ioannis Caraccioli de Neapoli, militis Magni Siniscalchi Regni nostri Siciliae, & filiae quondam Iacobi Nicolai Filigerij, Comitis Auellini iure Francorum viuentis, fuit culmini nostro oblata petitio in seriae sequenti. SACRAE Reginali Maiestati reuerenter exponitur pro parte Catherinae Filigeriae, filiae quondam Iacobi Nicolai Filigerij, Comitis Auellini, iure Francorum viuentis, fidelis vestrae Maiestatis dicentis, quod olim dum dictus quondam Iacobus Nicolaus, Comes Auellini, pater ipsius exponentis in humanis ageret, habens quatuor filios masculos, videlicet, Gurrellum filium primogenitum, Alduinum, Ioannutium, & Vrbanum Filigerios, & ipsam exponentem, suum vltimum sollemne nuncupatiuum condidit testamentum, in quo quidẽ testamẽto, sibi vniuersalem instituit haeredem in omnibus bonis suis feudalibus ratione primae geniturae dictum Gurrellum filium suum primogenitum, & omnes filios suos praedictos, ac ipsam exponentem instituit haeredem in burgensaticis, ac eidem praeallegauit vncias octingentas, prout haec, & alia in quodam publico instrumento testamenti, exinde facto, seriosius continetur: Qui quidem Iacobus Nicolaus Comes Auellini, in eadem voluntate testandi perseuerans extitit (sicut Domino placuit) vita functus, superstite in mundo dicto Gurello filio primogenito, & haerede instituto per eum in bonis feudalibus praedictis, qui Gurrellus haereditatem dicti sui patris adiuit cum beneficio inuentarij, & mortem dicti patris sui nunciauit, & re-

leuium soluit,& obtinuit literas assecurationis, vigore quarum assecuratus fuit, superstitibus etiam praedictis Alduino, Ioannutio, & Vrbano suis masculis haeredibus institutis in burgensaticis, superstite etiam dicta exponente haerede instituta,vt supra,ac debente consequi & habere dictas vncias octingentas praelegatas eidem exponēti, postquam dictus Gurrellus Filigerius, Comes Auellini, frater exponentis eiusdem,ipsam exponentem maritauit,& eam nuptui tradidit praefato Ser Ianni, eique dedit, seu promisit dare dictas vncias octingentas praelegatas eidem exponenti per dictum quondam Iacobum Nicolaum Comitem Auellini, patrem ipsius exponentis: Et deinde praefatus Gurrellus extitit (sicut Domino placuit) vita functus, superstitibus dicto Alduino, Ioannutio, & Vrbano fratribus suis, qui post mortem ipsius quondam Gurrelli, mortui fuerunt vnus post alium in pupillari aetate, infra octo dies modicum plus, vel minus,superstite eis,seu vltimo decedenti ipsa exponente sorore Alduini, Ioannutij, & Vrbani,superstite etiam Philippo Filigerio,patruo dictorum quondam Gurelli,Alduini, Ioannutij, & Vrbani: necnon Ricciardo, Matthaei Filigerij filio,& hærede quondam Magnifici Ricciardi Filigerij, similiter patrui dicti quondam Gurrelli,& fratrū. Cumque, benigna Maiestas,propter mortem dicti quondam Gurrelli Comitis, & fratrū praedictorum ipsius exponentis, ipsa tamquam soror vtrimque coniuncta fuerit, & sit rationabiliter successura eis, seu vltimo decedenti ex eis exclusis dicto Philippo patruo,ac Ricciardo Matthæo fratre eorum consobrino, excluso etiam fisco, non obstante forma Constitutionis Regni, quae vult, quod soror maritata, & dotata, excludatur à successione fratris in bonis feudalibus, secundum quod tenuit glossa Constitutionis Regni, quae incipit, vt de successionibus, in §. & coniugatae,& dotatae. cum illa Constitutio vendicet sibi locū,quando soror fuerit maritata,& dotata de bonis fratris, de cuius successione agitur, secundum quod tenet Andreas de Isern. in dicta Constitutione, vt de successionibus. in §. coniugatae, & in consti. in aliquibus ibi sic intelligunt omnes, &c. Idem ipse tenet ix. col. in tit. de na. succ. seu idem tenet do. Barth. de Capua, qui mouetur per tex. in l. quoniam nouella in fine. C. de inoffi. testamen. vbi dicit esse casum, & ibi esse tex. ad literam, & est etiam glo. ordinaria in l. pri. C.de legi. here. non ob.glo.in ver. dotatae, quae videtur tenere, quod sufficit ad hoc, vt soror excludatur à successione fratris, quod sit dotata de bonis ipsius fratris, seu à communi patre, in quo casu debet esset contenta de eo quod accepit in die votorum, siue nuptiarum, si habuit dotem in paragio, quia illa glo. vendicat sibi locum de iure Longobardarum,attento quod glo. mouetur per leg. Longobardarū, quae incipit. Si pater familiā,& non in personis quae viuunt iure Frācorum,

corum, aliter esset destruere omnia iura superius allegata: Dictaque exponens nullatenus intendit litigare, ac iudicium suscipere cum V. Maiestate ac fisco: Propterea pro parte ipsius exponentis V. Maiestati humiliter supplicatum, quatenus dignetur V. Maiestas intuitu Dei, & iustitiae, ac attentis seruitijs praestitis V. Maiestati per ipsam exponentem, & eius antecessores, ac dictum eius virum, videri facere per Doctores, & iuris peritos, si exponens ipsa fuit, & est de iure rationabiliter successura dicto quondam Gurrello Comiti Auellini eius fratri in bonis feudalibus, seu fiscus V. Maiestatis, seu alius, & vbi per Iuris peritos Doctores eligendos per V. Maiestatem erit V. Maiest. dictum, & consultum, quod exponens ipsa est rationabiliter successura dicto quondam Gurello eius fratri in bonis feudalibus supradictis, non obstante quod fuit maritata per dictum quondam Gurellum fratrem suum, & datae seu promissae fuerunt sibi, seu dicto eius viro, dictae vnciae octingentae sibi praelegatae: Prout superius est expressum, attento quod non fuit maritata, & dotata de bonis dicti fratris sui, V. Maiestas per suas literas, magno pendente sigillo munitas, decernat, & declaret, interpretando, & declarando dictá Constitutionem Regni, prout V. Maiestati erit relatum consultum per Doctores, & Iuris peritos eligendos per Maiestatem eandem, & exinde fieri facere literas opportunas. Qua petitione nostro culmini, vt praedicitur, oblata pro parte Catherinae praedictae: Nos attendentes petitiones ipsius fuisse, & esse consonas rationi, & attendentes quod ad nostram Maiestatem spectat lites dirimere, ac dirimi facere, & dubia, ac leges declarare, & interpretari, ac etiam attendentes merita sincerae deuotionis, & fidem dictae exponentis, & eius viri, dictam petitionem discuti, & videri fecimus per quamplures Doctores, & Iuris peritos, videlicet Magnificum virum Marinum Boffam de Neapoli, Cancellarium nostri Regni Siciliae, Ioannem de Monte Magno, Petrum di Pistorio, Iudices Magnae Curiae, Ioannem Archamonum de Neapoli, Iudicem appellationum dictae Curiae, Blasium Lictum, Carolum de Gaieta, Currellum Caracciolum, & Carolum Mollicellum de Neapoli, legum Doctores, ac Iudices, Iocum de Griffis, & Abbatem Rainaldum vassallum de Neapoli, qui discussis, & diligenter vna cum nonnullis alijs Iuris peritis ruminatis, ac libratis, & pensatis dubijs praedictis in effectũ Maiestati nostrae retulerunt, & cõsuluerunt, ꝙ secundum opiniones eorum, Tunc soror viuens iure Francorũ, excluditur à successione fratris, quando ipsa fuit maritata, & dotata de bonis fratris sui, alias vbi de bonis fratris sui dotata non fuerit, nõ excluditur à successione bonorũ fratris, & hoc in viuentibus iure Francorũ, in viuentibus autem iure Longobardorũ vendicãt sibi locũ glo. Marini in allegata Constitutione Regni, vt de successionibus in verbo

coniugatae seu dotatae, quod sufficit sororem fuisse dotatā à communi patre, vel à fratre, vel excludatur à successione fratris. habita itaque relatione, ac informatione, & declaratione praedicta nobis facta, vt praefertur per Doctores, & Iuris peritos praefatos: Volentes finem liti ponere, ac iustitiam ministrari facere, ad quam debitores existimus, & vt de cetero inter nostros subditos iure Francorum viuentes dubitatio nulla valeat experiri: Ea propter tenore praesentium de nostra certa scientia, & cum deliberatione nostri Consilij, ac proprio motu gratia generalis legis condendae, ac interpretandae dictae Constitutionis, declaramus, ac interpretamur dictam Constitutionem, vt de successionibus, ac glo. Marini ibi positam intelligi, & interpretari debere, secundum veram opinionem quod viuentibus iure Francorum, tunc soror excluditur à successione fratris, quando ipsa soro fuerit maritata de bonis fratris, de cuius successione agitur, aliàs non excluditur. In viuentibus autem iure Longobardorum, vendicant sibi locum glo. Marini de Caramonico, quod sufficit si fuerit maritata, & dotata à communi patre, vel à fratre, dummodo habuerit dotes de paragio, vt excludatur à successione fratris, quibuscumque iuribus, vel constitutionibus, ritibus, obseruantijs, & capitulis, ac priuilegijs, & rescriptis, factis, & in antea faciendis, in contrarium deponentibus, repugnantibus, seu obsistentibus, nullatenus obstaturis. Mandantes propterea ipsarum tenore praesentium de dicta nostra scientia Magistro Iustitiario dicti Regni Siciliae, eiusq. Locumtenenti, & iudicibus Magnae Curiae Vicariae, ceterisq. officialibus dicti Regni nostri, quacumque potestate fungentibus, & eorum Locatenentibus, praesentibus, & futuris, quatenus ex nunc in antea, praesentem nostram declarationem, & interpretationem, tam in praesenti causa, quam in alijs successiue futuris, obseruent, & iubeant pro lege obseruari, & sic decernimus, & iubemus. praesentes autem literas, magno nostro sigillo munitas, fieri fecimus in testimonium praemissorum. Datum in Castro nouo Neapolis per manus nostrae praedictae Ioannae Reginae. Anno Domini. 1418. Mensis Ianuarij 11. Indict. Regnorum nostrorum anno quarto feliciter. Amen.

PRAGMATICA II.

CAROLVS &c. Pateat vniuersis, & singulis praesentiū seriē inspecturis. Qualiter à Caesarea, & Catholica Maiestate emanauit quaedam sanctio, seu Pragmatica tenoris sequentis, videlicet.

CAROLVS Diuina fauente clementia Romanorum Imperator, &c. PRAECOGNOSCIMVS, & notū facimus tenore praesentiū, Vniuersis, QVVM superiori anno, Millesimo, Quingentesimo, vigesimo octauo, Inuadentibus hostibus nostris, qui aduersus nos foedus percusserant,

Fisco tēpus remedij nō currit, & nulla praescriptione impeditur. b.d.

rant, Regnumq. nostrum Siciliae citerioris, quam multi Barones, & feudatarij eiusdem Regni se adiunxerint homagium, & fidelitatis iuramentum praestiterint, armaq. in nos ceperint, hincq. factum sit, vt eorum feuda, & bona, ob eorum rebellionem, & laesae Maiestatis crimen, ad fiscum nostrum deuoluta sint, audiamurque ex his nonnulla bona, cum pacto de retrouendendo, sed ad tempus praefinitũ alienata esse, atque Camera nostra, ob ingentes sumptus, quos pro tuitione, & defensione dicti Regni facere coacti fuimus, ita pecunia exhausta sit, & bona sic alienata, vt antequam praescriptum tempus elabatur, absque maximo incommodo, & Regni periculo redimere non possit, neque aequitati, aut rationi consonum sit, vt, quae per huiusmodi Barones, & feudatarios facta sunt, Camerae nostrae pro publica salute exhaustae, damnum, aut praeiudicium afferant: Motu proprio ex certa nostra scientia, animo deliberato, & sacri nostri Regij penes nos assistentis Consilij, matura deliberatione praehabita, & Regia authoritate nostra, edicimus, sancimus, decernimus, volumus, atque iubemus, per praesentes, vt in omnibus, & singulis venditionibus cum pacto de retrouendendo, vsque ad certum, limitatum, atque praefinitum tempus per dictos Barones, & feudatarios, rebelles, vel per eorum praedecessores ex dictis bonis, ob rebellionem, & laesae Maiestatis crimen ad nos, & Cameram nostram Regiam deuolutis quomodolibet, & cum assensu Regio factis, & quibusuis clausulis roboratis, dictum tempus, vt praemittitur limitatum, deinceps non currat, sed preinde habeatur, & sit; ac si in dictis retrouenditionibus, nullum tempus praefinitum fuisset: Ita vt quandocumque, & quotiescumque fiscus noster voluerit, ea bona recuperare, & redimere valeat, sortem, & praetium cum aequitate restituendo, absque eo quod hi, qui ea in praesentia possident, nullam temporis praescriptionem allegare, aut praetendere possint, & valeant, quibuscumque legibus, iuribus, statutis, constitutionibus, seu consuetudinibus, pragmaticis, sanctionibus, & capitulis dicti Regni, quibusuis alijs in contrarium facientibus, aut aliter disponentibus, etiam si talia forent, de quibus specialis expressa, de verbo ad verbum mentio fieri oportet, non obstantibus, quibus omnibus eisdem motu, scientia, animo, authoritate, & potestate praefatis derogamus, & derogatum esse volumus per praesentes. quas in horum omnium testimonium fieri, & nostro dicti citerioris Siciliae Regni Sigillo iussimus à tergo muniri.

Datum Bruxellis die octauo mensis Martij, Anno Domini 1531. Yo el Rey. Vidit Perrenotus pro Protonotario, & Magno Camerario. Sacra Caesarea, & Catholica Maiestas mandauit mihi Alphonso Valdesio. In Curiae primo. fol. 31.

Ea propter, volentes, vt tenemur, Caes. & Cath. Maiestatis obedire

mandatis, praecipimus, & mandamus omnibus, & quibuscumq; personis, & officialibus, maioribus, & minoribus, ad quos, seu quas spectabit, & praesentes peruenerint, quatenus, forma praeinsertae Regiae Pragmaticae diligenter attenta, illam ad vnguem, & inuiolabiliter in omnibus, & per omnia obseruent, obseruariq. faciant per quos decet, iuxta ipsius seriem, & continentiam, omni dubio, & difficultate cessantibus. Et vt de praemissis non posit aliqua ignorantia allegari, easdē in locis publicis, ac tribunalibus Regijs affigi volumus. Datum in Castello nouo Neap. die vltimo Septembris. 1532. Don Petro de Toledo. Vidit Decolle Regens. Vidit Loffredus Regens. Dominus Vice Rex Locumtenens Generalis, mandauit mihi Bernardino Martirano. In Cur. pri. fol. 9.

PRAGMAT. III.

Vicereges, & Collaterale Consilium assensum in alienationibus feudorū prestare possūt praeter in certis casibus. h. d.

CAROLVS *Quinctus, &c.* Recognoscimus, & notum facimus tenore praesentium, vniuersis, quod, cum nos superioribus diebus, nonnullis iustis rationibus, animum nostrum ad id mouentibus, concessiones assensuum ad vendendum, donandum, obligandū, seu aliter quomodolibet disponendum, de & super bonis feudalibus, in Regno nostro Siciliae citerioris, nobis, & nostris in eo Regno successoribus expresse reseruauerimus, statuerimusq. ne deinde Vice Regibus, aut Locumtenentibus nostris huiusmodi assensus nobis inconsultis concedere fas sit, prout in quodam articulo literarum desuper expeditarum in oppido nostro Bruxellarum, die 15. mensis Martij, anni praesentis. 1531. latius continetur. Deindeq. à sacro nostro Collaterali Consilio in eodem Regno residenti acceperimus, multum incommodi, ac damni ex huiusmodi nostra generali reseruatione, & prohibitione subditis nostris praedicto Regno euenire, cùm nihil aliud fere habeant, vnde mutuo inter se tractare posint, quam bona feudalia, nosq longiori locorum, ac temporum interuallo ab eo Regno disiuncti simus, quam vt absque ingenti rerum suarum iactura pro impetrandis huiusmodi assensibus, ad nos venire, aut mittere possint: Proptereaq. à nobis petierint, vt eam facultatem, vt praemittitur, oblatam ipsis Vice Regibus, & Locumtenentibus nostris, qui pro tempore erunt, & sacro nostro Collaterali Consilio, sub certis tamen limitationibus in literis suis expressis concedere dignaremur. Nos igitur, qui subditorum nostrorum commodis aeque atque nostris afficimur: Tenore praesentium, motu proprio, ex certa nostra scientia, animo deliberato, & sacri nostri Regij penes nos assistentis Consilij matura deliberatione praehabita, & Regia authoritate nostra, atque potestatis plenitudine eisdē Vice Regibus, & Locumtenentibus nostris generalibus, & sacro nostro Consilio, in dicto nostro citerioris Siciliae

Regno institutis & instituendis, authoritatem, facultatem, atque omnimodam potestatem, & vices nostras Regias, quo ad aliud a nobis decretum & ordinatum fuerit, concedimus, vt nostris vice ac nomine, possint & valeant quibuscumque alienationibus, venditionibus, obligationibus super bonis feudalibus faciendis, his tantum exceptis. Primo vbi bona feudalia ad Ecclesiam, Monasteria, vel Vniuersitates deuenire possent. Secundo vbi his qui de bonis suis feudalibus disponit, aut tractat, certo ac legitimo successore careat, qui iuxta Constitutionem Regni, in feudo succedere deberet. Tertio vbi feudi alienatio fit in eum qui aut ipse parum fidelis fuerit, aut à non fidelibus originem trahit. Quarto vbi natura feudi mutatur successorem extra terminos Cõstitutionum Regni instituendo. Quinto vbi feudum quod ab vno tenetur, in duos, tres, vel plures insolidum, aut pro parte, vel reseruato vsu fructu, vel Domino transfertur. Sexto vbi in testamento vel contractu adest substitutio. Septimo vbi maxima pars feudi, vt puta medietas, aut tertia, vel quarta pars alienatur. Octauo vbi, qui feudum possidet ad beneplacitum nostrum, id ad alium seu alios transferre vult, vt mutata persona beneplacitum sublatum esse videatur. Nono vbi Principatus, Ducatus, Marchionatus, Comitatus, aut Baronia, seu quoduis aliud magni momenti feudum, alienatur, consentire, & assensum nostrum Regium præstare possint & valeant, seruatis supradictis conditionibus, & dummodo in literis desuper expediendis, hęc verba apponantur. Volumus tamen quod dicta bona feuda ia obligata esse censeantur tantum in defectu bonorum allodialium, seu burgensaticarum supplicantis, seu supplicantium, vel illius partis, ad cuius satisfactionem bona ipsa allodialia seu burgensatica non sufficerent & non vlterius, quodq. bonis ipsis allodialibus vel burgensaticis existentibus pro ea quantitate, ad quam ascendẽt bona feudalia nullatenus obligata esse, nec præsens assensus desuper præstitus censeatur, & quatenus rite, recteque processerint partes quæ tãguntur naturaq. feudi in aliquo non mutata, fidelitateque Regia feudali quoque serenissimo, & adoha, Regiisq. aliis, & alterius cuiuscumque iuribus semper saluis. Decernentes irritum atque inane quicquid secus non seruatis conditionibus quomodocumque in omnibus & singulis suprascriptis factum fuerit. Mandantes dictis Vice Regibus & Locumtenentibus nostris Generalibus, sacroque Collaterali Consilio in dictis citerioris Siciliæ Regno institutis & instituendis, ceterisque vniuersis & singulis officialibus, & subditis nostris, maioribus & minoribus, quocumque nomine nuncupatis, officio, titulo, authoritate, dignitate, & potestate fungentibus, præsentibus & futuris, vt Vice Reges & Locumtenentes ipsi, Sacrumque Collaterale Consilium in ipsorum assensum concessione, seu præstatione

omnia supra contenta inuiolabiliter seruent, ceteriq. omnes & quoscumque assensus modo quo præmittitur concedendos teneant firmiter & obseruent, teneriq. & obseruari faciant, atque mandent per quos decet: sic enim nostræ firmæ mentis existit, contrarium minime tentaturi, aut tentari præmissuri, si præter iræ & indignationis nostræ incursum pœnam vnciarum auri mille cupiunt euitare. Datum in Oppido nostro Bruxellis, die 17. mensis Octobris, Anno a Natiuitate Domini. 1531. Yo el Rey. Vidit Perrenotus & pro Protonotario. Sacra Cæs. & Cath. Maiestas mandauit mihi Alphonso Valdesio. In Cur. 8. fol. 214.

PRAGMAT. IIII.

Patruus succedit nepoti in feudo. h.d.

ITEM se supplica vostra Cesarea Maestà, perche teneno Capitulo espedito per la felice memoria del Rè Catolico, del tenore e continentia subsequente.

ITEM perche morendo il Barone, quale hauesse Principato, Ducato, Contato, Baronia, ò qualsiuoglia feudo etiam nouo, & la inuestitura & concessione dicesse *pro se & hæredibus de suo corpore legitime descẽdentibus*, Lo primogenito succede, e quando muore lo primogenito, succede suo figlio, si accadesse il caso che suo figlio moresse senza figliuoli legitimi, supplica vostra Catolica Maestà, li faccia gratia che *aperto iure* da hoggi auanti lo zio di detto vltimo descendente, fratello del suo padre, succeda in detti Principati, Ducati, Contati, Baronie, & feudi *cuiuscumque generis*. non obstante qualsiuoglia interpretatione & consuetudine vsata fin'al presente in fauore del Regio Fisco.

Placet Regię Maiestati. Inter cetera concesßa per Cæs. Maiestatem Ciuitati Neap. anno 1532. Ratisbona extat suprascriptum Capitulum.

PRAGMATICA. V.

vsq. ad quartum gradũ nclu siue succeditur in feudo sexus & ętatis prærogatiua salua. h.d.

IN Primis supplicano, Attento che secondo l'vso delli feudi, succeduano nelli feudi antiqui li congionti per linea collateral per insino al settimo grado, qual succesʃione, per la constitution del Regno, è stata ristretta & coartata nella predetta linea transuersale, insino al terzo grado inclusiue, & dubitandosi ancora che'l zio non essendo in detta constitutione nominato non succedesse al nepote, per capitulo, & concesʃione del Serenisʃimo Rè Catolico di felicisʃima memoria, fu in parlamento generale declarato che il zio succedesse al nepote, & pretendendosi il medesmo douersi intendere in amita seu zia, s'è fatto dubio, benche non ancora declarato, che vostra Cesarea & Catolica Maestà se degni far gratia à questa Città & Regno, di ampliare & prorogare da quà auanti detta successione *in feudis antiquis*, se non sino al settimo grado, secondo detto vso delli feudi, almeno insino al quarto

grado

grado nella predetta linea collaterale inclusiue, talmente ch'al feudatario moriente senza descendenti da esso legitimi & naturali, succedano le amite, seu zie, li fratelli & sorelle consobrine, descendenti da frati & sore carnali, & altri nella detta linea, insino al quarto grado esistẽteno, di modo che tutti li congiunti per linea collaterale, *vtriusq. sexus*, per fin'al quarto grado inclusiue, l'vno a l'altro *inuicem* succedano, *sexus tamen & ætatis semper prærogatiua seruata*. Placet Cæs. & Cathol. Maiestati. Concessa in parlamento generali 22. Martij. 1536. Neap.

PRAGMAT. VI.

ITEM se supplica vostra Maestà se degni declarando ampliare, & *quatenus opus est æque principaliter & de nouo* concedere che alle donne Napolitane ò Cittadine, ò vero maritate con Napolitani, & habitanti in Napoli, *intelligatur, & sit præstitus assensus Regius, super quibusuis bonis & iuribus feudalibus, etiam titulatis, obligatis, uel obligãdis* per la consecutione, constitutione, & assicuratione de gli antefati, & loro vsufrutti, iusta la forma, continenza, & tenore de gl'istrumenti & cautele confette & conficiende per la constitutione, restitutione, & assicuratione delli predetti antefati & vsufrutti. PLACET Cæs. & Cath. Maiestati. die 5. Septembris. 1539. Mandrid.

Pro dotib⁹, & antefato tacite præstatur assensus in bonis mariti. h. d.

PRAGMAT. VII.

CAROLVS, &c. Considerato il gran danno & disseruitio che ne seguita alla Regia Corte & suo patrimonio, per non sigillarnose & espedirnose del tutto li priuilegij dell'assenso, quali si concedeno & sono concessi alle uenditioni, & altri contratti & obligationi, che sono fatte & si fanno di cose feudali, per non si farno li debiti notamenti nella Regia Camera della Sũmaria, per posser sapere essa Regia Corte li feudi in potere de chi se ritrouano, per ricuperare quello che li cõpete, & per altri degni rispetti & iuste cause mouenteno la mente nostra, volendo obuiare à molti inconuenienti, ch'ogni dì occorreuano, per tenernose le parti in loro potere li detti priuilegij di assenso, espediti nella Regia Cancellaria, senza sigillo, & anco li memoriali Fiat in forma sopra cose feudali, senza espedirne priuilegio, contra la forma delle Regie Pragmatice, sopra ciò emanate. Per lo presente Bando se notifica à qualsiuoglia persona di qualsiuoglia grado, stato, & conditione se sia, che tenesse detti Priuilegij de assenso, & si trouassero nella Regia Cancellaria che bisognasse sigillarnosi con li Regij sigilli fra termine statuito & ordinato per le Regie Pragmatiche, li debbiano espedire & sigillare, tanto quelli che se trouaranno nella predetta Regia Cancellaria, & così anco debbiano espedire li priuilegij delli memoriali, che si trouaranno in loro potere, ò in Cancellaria, prestiti & concessi

Mandatur ĩ priuilegijs apponi sigilla, & in memorialibus per uerbum Fiat expediri priuilegia. h. d.

sopra

ſopra coſe feudali, iuſta la forma delle Regie Pragmatiche, le quali irremiſsibiliter ſi eſequiranno contra quelli che contraueneranno al preſente Bando & Regie Pragmatiche. *Datum in Caſtello nouo Neap. die primo menſis Aprilis.* 1542. *Don Petro de Toledo. V. Decolle Reg. V. Loffredus Reg. V. Martialis Reg. Martiranus Secretarius.*

PRAGMAT. VIII.

Infra mēſes tres celebrētur legitime contractus pro quibus fuit cōceſſus aſſenſus, alias ꝓ nullis habeātur. h. d.

CAROLVS Quintus, &c. Quia nouis occurrentibus morbis, noua conuenit antidota adhiberi, cum igitur quotidie eueniat, vt feudatarij huius Regni uolentes ſuper feudis contrahere per uenditiones, donationes, & obligationes, vel alias de dictis feudis diſponere, a Regia Curia impetrant Regios aſſenſus, ſine quibus dicti contractus & diſpoſitiones ſuper bonis feudalibus non valerent, & aliqui ex dictis feudatarijs, impetratis aſſenſibus, non curant contrahere, neque diſponere, vt ſupplicarunt de dictis feudis in impetratione dictorum aſſenſuum, ſed differunt in tempus, in qua feuda, in eorum non permanent ſtatu, & qualitate, in quibus erant tempore præſtitorum Regiorum aſſenſuum: quod quidem cederet in damnum & fraudem, non ſolum Regiæ Curiæ, ſed etiam partium contrahentium cum dictis feudatariis. quibus fraudibus, volentes (vt decet) occurrere, per hanc noſtram Regiam ſanctionem, ordinamus, ſancimus, & ſtatuimus, vt contrahentes & diſponentes ſuper feudis, ſuper quibus fuerint impetrati aſſenſus, infra tres menſes a die impetratorum aſſenſuum debeant contrahere & diſponere per ſcripturas publicas Regiorum Notariorum firmatas & confectas, alias dicti aſſenſus præſtiti ſuper dictis contractibus, & diſpoſitiones ſint ipſo iure nullæ & nullius authoritatis, ac ſi non eſſent præſtitę, & talis contractus & diſpoſitiones ſint nullius roboris & momenti. & ſi qui aſſenſus hucuſque præſtiti reperirentur ſuper contractibus & diſpoſitionibus feudalibus, qui contractus & diſpoſitiones non eſſent firmati, & celebrati per acta publica in poſſe Notariorum Regiorum, quod infra tres menſes a die publicationis præſentium, debeant firmari & legitime celebrari, alias pariformiter dicti aſſenſus præſtiti intelligantur nullius roboris & momenti. Et vt præmiſſa noſtra Regia ſanctio & Pragmatica omni futuro tempore perpetua ſtabilitate vigeat, & nihil detrimenti patiatur: Mandamus Illuſtribus, Spectabilibus, & Magnificis viris, Magno huius Regni Camerario, eiuſque Locumtenenti, Præſidentibus, & Rationalibus Regiæ Cameræ Summariæ, Sacro Regio Conſilio, Magno quoque huius prædicti Regni Iuſtitiario, Regenti, & Iudicibus Magnę Curiæ Vicariæ, Scribæ portionum, Theſaurerio generali, ſeu id officium Regenti: Nec non quibuſcumque Baronibus, titulatis & nō titulatis, Gubernatoribus, Capitaneis, Aſſeſſoribus, & alijs quibuſuis officialibus

bus & subditis Regijs, quocumque nomine nuncupatis, officio, titulo, authoritate, dignitate, præeminentia, & potestate fungentibus vel eorum Locatenentibus & substitutis, quatenus hanc præsentem nostram sanctionem & Pragmaticam & contenta in ea ad vnguem, & inuiolabiliter obseruent & obseruari faciant, ad vnguem & inuiolabiliter illam publicent, & publicari faciant atque permittant, prout solitum est & consuetum, omni dubio, contradictione, repugnantia, & difficultate cessantibus, & contrarium non faciant, neque fieri permittant, occasione aliqua sine causa, si, præter iræ, & indignationis Regiæ incursum, pęnam ducatorum auri mille cupiunt euitare. In quorum fidē, &c. Datum in Castro nouo Neap. die xxviij. mensis Iunij. 1544. Don Petro de Toledo. Vidit Decolle Regens, & Viceprotonotarius. Vidit Martialis Regens. Vidit Loffredus Regens. Dominus Vice Rex Locumtenens generalis mandauit mihi Berardino Mar tirano.

In Cur. 3. fol. 16.

PRAGMAT. IX.

CAROLVS Quintus, &c. Notum facimus, quemadmodum in causa inuestituræ Ducatus Ferrandinæ, Comitatus Cupertini, & Terræ Balatulæ, in prædicto nostro citerioris Siciliæ Regno, petitæ per Don Antonium Granai Castriotam in nostra Regia Camera Sūmariæ eiusdem Regni, obsecutam mortem Donnæ Mariæ Castriotæ Duchissæ Ferrandinæ, sine liberis ex suo corpore legitime descendentibus vxoris, & sororis, patruelis eiusdem Don Antonij prætendentis successionem ad ipsum spectare, tanquam proximiorem & in gradu successibili, virtute Capituli per nos alias præfato nostro citerioris Siciliæ Regno concessi, prorogando successionem in feudis, in linea collaterali per hæc verba: Placet præterea, quod extendatur ad fratres patrueles, masculos peruenientes & descendentes per lineam masculinam a primo domino, ac stipite feudi vti fratrem patruelem, masculum peruenientem & descendentem per lineā masculinam a primo stipite tamquam filium quondam Don Alphonsi Castrioti, Marchionis Atripaldæ, & nepotem quondam Bernardi Comitis communis Aui paterni primi acquisitoris dictorum feudorum; cum nostro Regio Fisco, ex aduerso dicente & allegante, præfata feuda esse aperta & deuoluta ad nostram Regiam Curiam per lineam finitam ob mortem dictæ Duchissę, nullo relicto hęrede ex suo corpore legitime descendente ac petente sic declarari, & Capitulum prædictum in aliquo non opitulari pręfato Don Antonio actori, cum verba eiusdem non comprehenderent hunc casum; & instructo desuper processu, cum fuissent hinc inde plures rationes, & iura adducta & allegata, ex quibus iudicibus dicti nostri Regni visa fuit decisio eius-

Extenditur successio feudi ad fratres patrueles prouenientes per lineā masculinam a primo stipite, & non per femininam. h.d.

dem

dem causæ dubia, adeo quod nostra indigeret declaratione, & cum esset tractandum de interpretatione dicti Capituli, & sic nouæ legis nõdum vsu comprobatę in Regno præfato duxerunt. Nos propterea consulentes. Qua consulatione cum alijs votis postmodum de mandato nostro à præfatis Iudicibus ad nos transmissis per Illustres & Magnificos Consiliarios, nostri sacri supremi penes nos asistentis Consilij, visis & diligenter examinatis, habitaque inter eos matura discussione & deliberatione, & pro maiori parte ad inuicem se reddentes conformes cum Iudicibus præfati nostri Regni de dictæ causæ dubietate, in tantum quod nostra interpretatio sit necessaria, factaque denique de his omnibus relatione, pluriesque in statum per dictum Don Antonium actorem pro declaratione ipsa per nos facienda, non obstantibus Capitulis & Pragmaticis dicti Regni. Ideo, eodem Don Antonio coram nobis existente, & declarationem huiusmodi fieri petente, & humiliter supplicante. Tenore præsentium ex certa nostra scientia, deliberate & consulto, dicimus, promulgamus, decernimus, & declaramus in quantum opus est, non fuisse nostræ mentis, neque intentionis comprehendere præsentem casum in dicto Capitulo, sed tantummodo extendere successionem in bonis feudalibus in linea collaterali, vsque ad quartum gradum ad fratres patrueles masculos prouenientes & descendentes per lineam masculinam à primo stipite. Ita quod inter eos masculos succedatur, & proinde inuestituram præfatã petitam pro parte dicti Don Antonij Granai Castrioti actoris, non esse eidem concedendam, sed feuda præfata fore aperta & deuoluta dictæ nostræ Regiæ Curię, per lineam finitam, ob secutam mortem dictæ Donnæ Mariæ Castriotę, Duchissæ Ferrandinæ, sine hæredibus ex suo corpore legitime descendentibus. taliter per præsentes dictum Capitulum interpretantes, & declarantes. Datum in Ciuitate nostra Imperiali Augustæ. Die quartodecimo Mensis Iulij, Anno à Natiuitate Domini. 1548. Yo el Rey. Vidit Perrenotus pro Protonotario & Magno Camerario. Vidit Renar Regens. Vidit Figueroa Regens. Vidit Albertinus Regẽs. Vidit Ioannes Zaganta pro generali Thesaurerio. Sacra Cęsarea & Catholica Maiestas, mandauit mihi Didaco de Vargas.

In cuius personam lata, lecta, & promulgata fuit huiusmodi declaratio, in præsentia Don Antonij Granai Castrioti per Illustrem Nicolaum Perrenotum, eiusdem Cæsareæ Maiestatis supremum Consiliarium. Anno, die, mense, & loco quibus supra.

PRAESENTIBVS ibidem Thoma Peram, Domino Dexantonai, & Cionne Zaganta, ac Natali Musi.

PRA-

PRAGMAT. X.

ITEM perche tra li Capituli espediti per vostra Maestà Cesarea nel suo felicissimo aduento in questa sua fidelissima Città di Napoli, è Capitulo del tenor sequente videlicet. *Idem dicit quod Prag. 5.*

IN primis supplicano, attento che secondo l'vso delli feudi, succedeuano nelli feudi antiqui li congionti per linea collaterale, per fino al settimo grado, quale successione per la Constitution del Regno è stata ristretta & coartata nella predetta linea transuersale, insino al terzo grado inclusiue, & dubitandosi ancora che il zio, nõ essendo in detta constitutione nominato, non succedesse al nepote, per capituli & concessione del Serenissimo Rè Catolico di felicissima memoria, fu in parlamento generale declarato che il zio succedesse al nepote, & pretendendosi il medesmo douerse intendere in amita seu zia, s'è fatto dubio, benche non ancora declarato, che vostra Cesarea & Catolica Maestà se degni far gratia à questa Città & Regno, di ampliare & prorogare da quà auanti detta successione *in feudis antiquis*, se non sino al settimo grado, secondo detto vso delli feudi, almeno insino al quarto grado nella predetta linea collaterale inclusiue, talmente ch'al feudatario moriente senza descendenti da esso legitimi & naturali, succedano le amite, seu zie, li fratelli & sorelle consobrine, descendenti da frati & sore carnali, & altri nella detta linea, insino al quarto grado esistēteno, di modo che tutti li congiunti per linea collaterale, *vtriusq. sexus*, per fin'al quarto grado inclusiue, l'vno a l'altro *inuicem* succedano, *sexus tamen semper & ætatis prærogatiua seruata.*

PLACET Cæsareæ, Cathol. & Regiæ Maiestati, vt concessio & gratia Regis Catholici felicis memoriæ seruetur, & insuper declarat, vt in omni casu, quo patruus comprehenderetur, amita etiam intelligatur comprehensa. Placet propterea, vt extendatur ad fratres patrueles masculos prouenientes, & descendentes per lineam masculinam à primo domino, ac stipite feudi.

ET perche in questi Regij Tribunali per lo Regio Fisco è stata fatta difficultà ch'in detto Capitulo non si comprende il caso, quando, venga à morte la sorella consobrina, alla quale *in feudis antiquis* deue succedere il fratello consobrino, non obstante che le parole del Capitulo e sua decretatione chiaramente il comprendeno; e fabricato sopra di ciò Processo nella causa dell'Illustre quondam Duca di Ferrandina, & delli meriti d'essa fattone relatione à vostra Cesarea Maestà, e stato declarato detto Duca non douere succedere a sua sorella consobrina defunta, lo che apporta *in futurum* grandissimo pregiudicio al Baronaggio. Per tanto se supplica vostra Maestà resti seruita declarare detta gratia in fauore del Baronaggio, & *quatenus opus est æque principaliter, & de nouo* concedere che da quà auanti in virtù del supplicato &

to & presente Capitulo possa, accadendo il caso, il fratello consobrino succedere alla sorella consobrina di suo nome & famiglia.

PLACET Cæs. & Cath. Maiestati, quod pro nunc gaudeant & vtantur dictis Capitulis per dictum Serenis. Regem Cath. & per suá Cæs. Maiestatem concessis & confirmatis, prout hactenus consueuerunt, & iuxta declarationem factam per suam Cæs. Maiest. in ciuitate Augustæ Vindelicorum. Inter cetera concessa per Cæs. Maiestatem Caroli V. Imperatoris Ciuitati Neap. xij. Martij. 1550. Bruxelles extat supradictum capitulum.

PRAGMAT. XI.

Confirmantur assensus præstiti per Illustr. Don Petrum de Toleto. h. d.

ITEM se supplica vostra Maestà resti seruita, *ad maioris cautelæ cumulum*, in virtù del presente Capitulo confirmare tutti gli assensi prestiti per l'Illustrissimo S. Don Pietro di Toledo, Marchese di Villafranca, Vice Rè, Luocotenente, & Capitan generale di vostra Maestà Cesarea nel presente Regno dalli 22. di Marzo dell'anno 1536. Nel quale dì, sua Maestà confirmò gli altri assensi prestiti per lo passato, in sino al dì della espeditione del presente capitulo, e che da quà auanti sia lecito al prefato Illustrissimo Signor Vice Rè presente & successiuè futuri, che possano interponere, & dare liberamente assensi nelle alienationi & obligationi di qualsiuoglia beni feudali, Terre, e Castelle, etiam titulati, non obstante la Pragmatica fatta, & ordinationi di vostra Maestà Cesarea. PLACET Cæs. & Cath. Maiest. confirmare omnes assensus præstitos per Illust. Vice Regem, vsque in præsentem diem.

INTER cetera concessa per Cæs. Maiestatem Caroli V. Imperat. Ciuitati Neap. xij. Martij. 1550. Bruxelles extat supradictum Capitulũ.

PRAGMAT. XII.

Elargitur Vice Regib. facultas, assensus quoslibet præstãdi, alienationibus feudorum nisi in terris titulo decoratis, factique confirmantur. h. d.

ITEM perche in questa Città & Regno, sono infinite le contrattationi che necessariamente bisognano farse sopra gli stati & robbe feudali, massimamente che si trouano infiniti Baroni di questo suo Regno talmente impignati per le guerre passate, e per l'occasioni delli tempi, che bisogna vendere alcuna cosa libera, per leuarsi d'interesse, ò impignare altre, per ricattare l'impignate, ò per far compra per più vtile & espediente & tutte queste contrattationi sono durissime per la limitatione fatta per vostra maestà a gli Illustri suoi Vice Rè, nel dare gli assensi sopra detti beni, & in specie nelli feudi titulati, & in quelli ch'eccedono la somma di docati mille in sù d'intrata, e perche in questo non v'è interesso nisciuno del Regio patrimonio di vostra maestà, ma si bene molto imbarazzo, spesa, e danno di suoi sudditi, & infinita fatica, per hauersi da inuiare nelli luochi doue uostra maestà fa residẽ-

tia, per-

tia, per ottenersi detti assensi liberi. Per questo humilmente se supplica vostra Maestà, già che alla persona dell' Illustre Vice Rè si confida la conseruatione del stato, ch'è quello che più importa, che voglia ancora senza reserua alcuna nè ecceptione al presente Illustre Vice Rè, & alli suoi successori darli ampla facultà di potere concedere detti assensi sopra detti beni feudali, etiam titulati, dummodo il titulo non s'obblighi, & etiam che fossero magni momenti, sì come si prestauano prima di detta limitatione & della Pragmatica espedita per la Maestà vostra sopra la prestatione di detti assensi, per Priuilegio espedito in Brusselles à 25. di de Gennaro 1557. Necnon si degni vostra Maestà confirmare e conualidare col verbum *Placet* al presente Capitulo tutti & qualsiuogliano assensi prestiti di qualsiuoglia beni feudali per gl'Illustri Vice Rè passati e presenti, insino al presente giorno: Necnon si degni confirmare tutte l'alienationi, etiam de feudi titulati, e non titulati, & anco di giurisdittioni, & altre cose Regali, ampliationi, seu alienationi di officij, e di qualsiuoglia altra cosa, fatte per l'Illustre Vice Rè in nome di sua Maestà Cesarea & uostra insino al presente di tanto libere, quanto con patto de retrouendendo, che da questa gratia di uostra Maestà, laquale è senza alcuno pregiudicio di sua Real Corona, nasce in questo suo Regno lo stabilmento d'infinite case di Baroni, per seruitio di vostra Maestà e ne risulta libera contrattatione.

Catholica & Regia Maiestas, vt hilaris animi gratitudine Regnicolas beneficijs prosequatur, dum de ipsius uoluntate processerit suas vices Pro Regi præsenti & successiue futuris deferri, quatenus Regiae & Cathol. Maiestatis nomine assensus impartiri atque concedere possint, venditionibus, obligationibus, permutationibus, hypotheticis, & aliis alienationibus faciendis super quibusuis Ciuitatibus, Terris, locis, Castris, Oppidis, aliisque bonis feudalibus, tam titulatis, quam magni momenti: Ea tamen venditione excepta, cum contingat Terram, Ciuitatem, Castrum, Oppidum, vel locum vendi, quę tituli dignitate decorata sint: tunc enim mandat ad suam Maiestatem recurri, à qua Regis super ea impetitur assensus, firma tamen remanẽte, quod ad alia Capita Pragmatica edita anno. 1531.

Placet insuper suę Cathol. Maiestati confirmare omnes assensus præstitos vsque in pręsentem diem. Quantum uero attinet ad confirmationem aliorum in hoc Capitulo supplicatorum, ipsis exhibitis omnibusque debite consideratis, prouidebitur. Toleti die xv. mensis Octobris. 1560.

FIDE. INSTRVMENTORVM. ET. QVALITER. REASSVMANTVR.

PRAGMATICA I.

In reaßumptiōe instrumentorum adhibeātur Iudex & testes noui ꝑ prēmortuis eognito de fide & memoribus notarij & Iudicis. h. d.

IOANNA *Secunda Dei gratia Regina, &c.* Ne testificantium personarū defectu fides publica pereat, & veritatis sub modio posita delitescat rei gestę memoria documētis publicis seriose redigitur, & in præsentem notitiam cum cautela prouida renouatur. Scire vos volumus quod pro parte Verdellæ Ronchellæ de Neap. fidelis nostræ oblata fuit nuper nobis & Consilio nostro petitio tenoris inserti, subsequentis Sacræ Reginali Maiestati reuerenter exponit Verdella Ronchella de Neap. fidelis Maiestatis eiusdem, vt cum olim in anno à Natiuitate Domini IESV CHRISTI 1390. die iiij. mensis Iulij, 13. Indictionis, Neap. in testimonio publico constitutis quondā Abbate Ioanne tunc viuente, & Francisco Ronchello de Neapolis fratribus, tam pro seipsis, quam nomine & pro parte Rentij Ronchelli communis fratris eorum, ac nomine & pro parte dictæ exponentis, communis sororis eorum, de quibus pro rato & rati habitione promiserunt, & ipsa Verdella & Rentius, omni futuro tempore rata habeant, atque firma omnia & singula infrascripta, & contra non venire quoquomodo ex parte vna, & Saliceto de Mari de Neapoli, filio & hærede quondam Domini Petri de Mari de Neapoli milite pro se ipso ex parte altera. Prædictæ partes in eodem publico instrumento ad certum contractum de matrimonio pariter contrahendo inter dictum Salicetum & dictam exponentem pariter deuenerunt, cum certa promissione dotium infra certum terminum proinde assignandum dicto Saliceto contemplatione matrimonij supradicti: Et cum certa promissione dotium infra certum terminum proinde asignatum dicto Saliceto contemplatione matrimonij supradicti, & cum certa promisione antefati constituendi per eum dictæ exponenti, & cum certis aliis pactis & conuentionibus habitis & firmatis inter partes prædictas, contemplatione & causa matrimonij supradicti, prout prędicta in actis nota & protocollo Notarij Andreassi Cacabelli de Neapoli per totum Regnum Siciliæ, plene continetur. In quo contractu interuenit dictus Notarius Andreassus pro Notario publico & pro Iudice ad contractus interuenit tunc Ioannes Baya, tunc annalis Iudex ciuitatis Neap. & certi testes in numero opportuno, tunc similiter interuenerunt in contractu prædicto, videlicet quondam Iacobus Cicarus, miles & legum Doctor, tunc Iudex Iacobus Cicarus, Dominus Nicolaus de Voyno, Iudex Laurentius Brancia, Franciscus Piper, Franciscus Venata, Antonellus Spica de Neapoli:

Et

Et antequam de dicto contractu, assumptum seu cōfectum fuerit publicum instrumentum per Notarium antedictum. Dictus Iudex Ioannes, qui interuenit pro Iudice in contractu prædicto, & testes prę nominati mortui sunt, sicut Domino placuit, superest tantum dictus Notarius Andreassus, qui interfuit pro Notario publico supradictis interfuit, & interest dictæ exponentis de prædictis contentis in contractu actis & protocollis habere publicum instrumentum, ne testificantium personarum defectu fides publica pereat, & veritatis essentia sub modio posita delitescat. Dignetur Maiestas vestra super prædictis de remedio opportuno benigniter prouidere, ac cōmittere & mādare Baiulo & Iudicibus Ciuitatis vestræ Neapolis, quatenus vocatis partibus coram eis, cum dictis actis, nota, & protocollis suis prędictis, & aliis euocandis, vbi dicto Baiulo & Iudicibus, & eius Curiæ, constituerit per acta, notam, & protocollum prædictum, & quod præfatus Notarius & dictus quondam Iudex, fuerunt homines integræ famæ, & opinionis, ac manus & scriptura dicti notarij, sit aliis nota Iudicib9, atque Notarijs Ciuitatis prædictæ vestræ Neapolis, & quod dicti Iudex & testes præmortui fuerunt, instrumentum prædictum prædicti contractus, de prædictis in formam publicam redigi, seu confici faciant per Notarium antedictum, adhibito in prædictis, per dictum Baiulum & Iudices, ac eorum Curiam, alio Iudice publico, in loco & vice dicti quondam Iudicis Ioannis, ac etiam adhibitis alijs testibus in opportuno, in locum & vicem dictorum iam pręmortuorum. Qui Iudex assumendus & testes prædicti se subscribant in locum & inuicem dictorum testium pręmortuorum, non quod prędicto contractui se interfuisse fateantur: sed quod se assumptos per dictam Curiam, dicti Baiuli, in prædictis, loco & vice præmortuorum, Iudicis & testium fateantur, & instrumentum ipsum sic sollemniter confectum, cum clausulis, & sollemnitatibus debitis, roboratum assignari mandent, & faciant dicti Baiulus & Iudices, per Notarium antedictum, dicto exponenti, prius soluto sibi salario propterea competenti, vt fides publica testificantium non decedat, & veritatis essentia sub latibulo posita pręsidio reparata probandis exurgat. Post quam quidem petitionem oblatam, nos habita super prędictis nostri Consilij deliberatione matura, considerantesq; quod non absque mysterio iuris norma dictauerit de contractibus, ne pereant, protocolla transumi: Et proinde cupientes interuenit quod rei veritas pateat, & fides probatione publica non decrescat. Fidelitati uestræ præsentium tenore de certa nostra scientia, committimus, & mandamus, quatenus statim receptis pręsentibus, vocatis coram vobis partibus, quę tanguntur, & prędicto Notario Andreasso, qui interfuit pro Notario publico in contractu prædicto, & aliis euocandis, vbi vobis constituerit per acta, notam, &

protocollum dicti Notarij Andreassi, quod ipse Notarius Andreassus, & dictus quondam Iudex fuerunt homines integræ famæ & opinionis, ac manus & scriptura dicti Notarij sit nota alijs Iudicibus, atque Notariis dictæ Ciuitatis Neapolis, & quod dicti Iudex & testes præmortui fuerint, instrumentum ipsum prædicti contractus de prædictis, in formam publicam redigi & confici mandetis & faciatis per dictum Notarium Andreassum, adhibito in pręmissis per vos & vestram Curiam alio iudice publico de Ciuitate Neapolis, in locum & vicem prædicti quondam iudicis Ioannis, ac etiam adhibitis aliis testibus in numero opportuno in locum & vicem dictorum iam pręmortuorum, qui Iudex assumendus, & testes prædicti se subscribāt in instrumento prædicto, dictus videlicet Iudex assumendus in locum & vicem dicti Iudicis præmortui, & dicti testes similiter assumendi in locum & vicem dictorum testium præmortuorum, non quod prædicto contractui interfuisse se asserant, sed quod se adsumptos per vos & vestram Curiam in prędictis, loco & vice pręmortuorum iudicis & testium fateantur. ipsumque instrumentum, sicut pręditur, sollemniter confectum clausulis & sollemnitatibus roboratū asignare mandetis & faciatis per dictum Notarium expensis prædictis, vt fides publica testificantium mortuorum non decidat, & veritatis essentia sub latibulo posita præsidio reparari probandis exurgat: Constitutione Regni nostri Siciliæ si, & prout circa hoc refragatur in aliquo non obstante.

Datum Neap. per Magnificum Virum Franciscum Zuruli de Neapoli Comitem, &c. Anno Domini. 1412. Die primo Iunij. 10. Indictionis, Regnoram nostrorum anno tertio.

Annuitur supplicationi, quod in cū præmortuorū Notarij, Iudicis, & testium alij loco ipsorum interueniant reassūptioni faciēdæ, constito de ipsorū integritate arbitrio Proregis, & Cōsilij. h.d.

PRAGMATICA. II.

ITEM atteso che in questo vostro Regno è Constitutione, che li contratti, testamenti, & altri qualsiuoglia dispositioni che se fanno, se deueno suscriuere lo Giudice, Notario, & testimonij di loro proprie mani, & non essendo suscritte, non fanno fede, per lo che molte volte accasca ch'essendono morti li Giudici, Notarij, & testimonij; li contratti, testamenti, & altre qualsiuoglia dispositioni, non se ponno reassumere, & reassunte non fanno fede, non possendose hauere le subscrittioni predette. Il che cede in euidente danno delli sudditi di vostra Maestà Cesarea, quali per varij impedimenti non ponno fare reassumere & suscriuere li contratti, testamenti, & suscrittioni predette. Per tanto se supplica vostra Maestà Cesarea, che li piaccia ordinare, che, nō obstāte detta Cōstit. del Regno, quando li cōtratti, testamēti, & dispositioni se trouano essere posti in protocolli p mano delli Notarij sono interuenuti à detti cōtratti, & cōstito della bona fama,

legalità,

legalità, sufficienza di detti Notarij, che detti contratti, testamenti, & & dispositioni, se possano reassumere per li Notari che sono viui, & loco de testimonij, che si trouaranno morti, se possano sottoscriuere altri testimonij.

Placet *Regię Maiestati, vt Vice Rex, & Locumtenens generalis, accedente opinione Consilij, & partibus summarie auditis, ex causis legitimis Constitu. Imperatoris Federici secundi, super hoc editæ dispensare possit. Concessa per Cæs. Maiestatem ciuitati Neap. 28. Iulij. 1532. Ratisbonae.*

FIDE MEMORIALIVM.
PRAGMATICA. I.

Ferdinandvs, &c. La Cath. Maestà del Rè nostro Signore n'haue mandata la Pragmatica del tenor sequente. Nos Ferdinandus Dei gratia Rex Aragonum, Siciliæ citra & vltra Pharum, Hierusalem, Valentiæ, &c.

Memorialia absq. priuilegio ī forma Cancellariæ, & priuilegia absque sigillo, & manu taxatoris nullius sint roboris. h.d.

Consueverunt Retro Reges istius nostri Regni Siciliæ citra Pharum Regij prædecessores nostri felicis recordationis negotia subditorum per libellos, qui vulgo memorialia dicuntur, expedire, nō quod eisdem memorialibus fides adhiberetur, sed quod sui secreta enorma, & regula voluntatis & mentis Regiæ essent, vt inde priuilegia & aliæ prouisiones & literæ, per secretarios expedirentur, prout vniuscuiusque memorialis negotium exposcebat, iuxta Cancellariæ ritum, nosque eorundem prædecessorum nostrorum vestigia insequendo pariter negotia subditorum nostrorum, per memorialia expediri per nos, & Pro Regem nostrum curamus. Verum quia in tantam consuetudinem deuenit, quod partes eisdem memorialibus contententur, nulla priuilegia, nullas ue literas, aut prouisiones expediri per Secretarium nostrum curando, quin potius in iudicijs dictis memorialibus vtuntur, illisque fides adhibetur, quod sit contra laudabiles ordinationes domus nostræ, in præiudiciumque iuris sigilli nostri, & Secretariorum nostrorum. Volentes propterea conseruationi ordinationum nostrarum, ac capitulorum nostri Cancellarij ac incommoditati nostri sigilli debite consulere, insequendo Pragmaticas per alios Retro Reges nostros factas, per hanc nostram Pragmaticam sanctionem perpetuo cauemus, edicimus, ac ordinamus, quod dictis memorialibus nulla fides adhibeatur in iudicijs, nec impetrantes illis gaudere possint, nisi priuilegia, prouisiones, aut literas, iuxta ritum nostræ Cancellariæ, cum appositione sigilli nostri obtinuerint, quin potius careant impetratis cum dictis memorialibus concessis, si prouisiones, literas, aut priuilegia, in Cancellaria nostra expedita sigilloq. nostro sigilata non obtinuerint. Ceterū quia Retro Reges dicti nostri Siciliæ citra Pharum Regni, prędecessores nostri diui-

næ recordationis semper vnico sigillo Maiestatis, & secreto penes eorum Cancellarium existente contenti fuerunt; nec alteri præterquam Cancellario, iuxta capitula Cancellariç, sigillare priuilegia, literas, aut prouisiones incumbebat, cui Cancellario per sua capitula, certa norma & regula datur super solutione iuris sigilli, nosque loco Cancellarij sigilla nostra magnifico dilecto Consiliario & Secretario, Michaeli Perez dal mazan comendauimus in vsus proprios, iura inde peruenientia conuertenda pro seruitiis suis meliora de nobis promerentibus, eorundem prędecessorum nostrorum vestigia insequendo, eodem tenore sancimus, statuimus, & ordinamus, quod nullis priuilegiis, nullisue literis nostris patentibus, apertis aut clausis fides adhibeatur, quę sigillo nostro dicti Regni non fuerint sigillatę, & manu taxatoris per nos deputati, & deputandi, iuxta morem taxentur, cui taxatori firmiter eodem tenore in mandatis trad.mus, quod, postquam ad manus suas pro eis taxandis venerint, partibus sine appensione sigilli non tradat, nec minus prouidemus, quod per Consilium nostrũ, aut auditores nostros in Consilio nostro Vice Regis & Locumtenentis generalis literę, aut prouisiones decernendę nomine auditorum nostrorum non expediantur, sed nomine dicti Locumtenentis generalis, per Secretarium nostrum, sigilloque nostro sigillentur, remotis quibusuis abusibus hactenus factis. & vt prædicta suum debitum sortiantur effectum, Illustri propterea, & Reuerendo Locumtenenti & Vicario nostro generali, magno insuper Camerario dicti Regni, Magistro Iustitiario, Protonotario, Regentibus nostram Cancellariam, sacroque nostro Consilio, Thesaurerio, & conseruatori nostro Regij patrimonij, ceterisque vniuersis & singulis officialibus, tam maioribus quam minoribus in dicto nostro Regno constitutis, dicimus, & districte mandamus, pœna ducatorum auri mille adiecta, quod huiusmodi nostram ordinationem, ceteraque omnia pręcontenta teneant firmiter & obseruent, tenerique & inuiolabiliter obseruari faciant, & non contrafaciant, aut veniant, seu aliquem contrafacere, vel venire permittant, si, pręter irę & indignationis nostrę incursum, pœnam pręapplicatam (in cuius contrauentionis casu rigida non deerit exequutio) cupiunt euitare. In cuius rei testimonium pręsentem fieri fecimus, nostro communi sigillo à tergo munitam.

Datum in Villa Vallis oleti, die 31. mensis Augusti, duodecima Indictionis. Anno a Natiuitate Domini. 1509. Yo el Rey. V. Augustinus Vice Locumtenens Protonotarij, & Magni Camerarij. V. Generalis Thesaurerius. V. Conseruator generalis. Dominus Rex mandauit mihi Michaeli Velas. In Curię Sicilię citra Farum Primo. fol. 132.

Et volendo noi che la voluntà di sua Altezza sortisca il suo debito effetto, però dicemo, ordiniamo, & comandiamo à tutti voi sopradetti, ch'inspetta la forma di detta Pragmatica, debbiate osseruare & fare osseruare quella *ad vnguem, iuxta sui seriem & tenorem*, non fando altra mente, per quanto hauete cara la gratia della predetta Maestà, & pena di mille ducati ciascheduno di uoi desidera non incorrere.

Datum in Castello nouo Neapoli, die xviiij mensis Februarij. 1510.

Don Raimondo di Cardona. Vidit Montaltus Regens. Vidit Decolle R. Dominus Locumtenens Generalis mandauit mihi Petro Lazaro de Xea.

PRAGMAT. II.

Memoriali-aus obtētis infra quattuor me ses procurētur Priuilegia cum sigillo, & obtinendis fiat similiter, alias nulla sint. h.d.

CAROLVS Quintus, &c. Emanauerunt à Cæs. Maiestate literę tenoris sequentis, videlicet. EL Rey, reuerendo, y amado Conseiero, Capitan general de nuestra Armada maritima, y à hora deputado, y commettido al guberno, y administration en el nuestro Reyno de Napoles. El Rey Cathol. mi Señor y aguelo, y aia gloria, considerando que los negotios, desse Reyno assi, los que con su Maestad, comelos que con su Viso Rey delse negociauan, se trattauan por memoriales, y algunas dellas partes por quien hazian hauida la decretatione dellos, se contentauan con ella sin despezar sobre ello, priuilegios y prouisiones in cartas, y que esto era muy preiuycia la su sello y Cancellaria Real, y à las ordinationes della, por su Pragmatica estatuio y ordinò, que los que delos tales memoriales y decretationes, no despaccassen y obtinuiessen priuilegios, prouisiones, ò cartas, iusta la qualidad dellas, en deuida forma despaczados, no guzassen delo contenido y concedido en las tales decretationes antes, en tal caso à quellas fuessen de ninguno valor, y porque llegado esto à nuestra notitia, y pareciendo nos iusto conformado nos con ellos nos assi mismo los dias passados, confirmādo la dicha Pragmatica, la concedemos, y estatuimos, *æque principaliter de nouo*, à hunque el Illustr. Don Raimondo de Cardona à hora nuestro Lugartenïente, y Capitan general dio dispaczo delas dichas confirmacion y nouo y stabilmiento dela dicha Pragmatica sus exequtoriales en forma, no sabemos si à quella se guarda ò no, y nuestra voluntad es que en deminute se obserue y guarde, però para que las partes à quien tocca ingnorandela no sean frustadas en cargamos y mandamos à vos, y en nuestra ausentia desse Reyno à los de nuestro Collaterale Conseio que hagays y hagan publicar la dicha confirmation y nueuo establmento dela dicha Pragmatica, y las exequtoriales della, por los lugares acostumbrados desse Reyno, presigiendo y dando en la dicha publication termino competiente, el que es pareciere contadero del dia della dicha publicatiou en

adelante, para que dentro del se desfacen los memoriales ia decretados, y los que de alli adelante se decretaren, se despaczen conforme alla dicha Pragmatica, y alla conformation, y nueuo establimiento della; y à quella assai publicada, in quanto à los memoriales ia decretados, passado il dicho termino, y quanto à los otros, como en la dicha Pragmatica se contiene, las ex quuteys, y guardeys, y guarden, y exequuten, y la agays exequtar, tener, y guardar inuiolabilmente en todo, y por todas cosas, iusta su continentia, forma, y tenor, no haziendo, ni dando lugar, ni consentiendo que se hagan lo contrario, en manera alguna. que assi procede di nuestra voluntad, y cumple à nuestro seruitio toda duda consulta y impedimiento cassantes, la presente restituendo al presentante. *Datum en Burgos, à 20. di Decẽbro. 1527. Yo el Rey. Garcia Secretarius.*

Et volendo noi obedire alli mandati & ordinationi della Maestà predetta, come semo obligati, con deliberatione del Regio Collateral Conseglio appresso di noi assistente, per la presente dicemo, ordiniamo, & comãdiamo, che delli memoriali che fin'al dì della data del presente, sono già decretati, ogni persona di qualsiuoglia stato & conditione se sia, debbia fare spedire li Priuilegij & lettere, tanto clausule, come patenti, ordini, solennità, & appositione del solito Regio sigillo muniti, iusta lo stile, & rito della Regia Cancellaria come il caso ricerca, infra termine di mesi quattro, *à die* della publicatione della presente numerandi, il qual termine classo, & detti Priuilegij & lettere non espedite, non se darà *vlterius* fede alcuna *in iudicijs nec extra*, à detti memoriali, immo s'intẽdano priuati & destituiti delle cose impetrate in detti memoriali. Et similiter alli memoriali *à die dictæ publicationis in antea* espediendi, non si debbia dar fede alcuna *in iudicijs & extra*, & che l'impetranti non possano quelle godere se non faranno espedire li priuilegij, promissioni, & lettere, tanto clausule, come patenti, secondo il negotio ricerca, iusta la forma & stilo della Regia Cancellaria, cum appositione delli Regij sigilli, immo siano & debbiano esser priuati delle cose impetrate, iusta la forma delle precalendate Pragmatice, le quali *inuiolabiliter & sine exceptiõe* se osseruerãno. *Et insuper* ꝑ osseruatione & esecutione delle preinserte lettere, per queste medesime comandiamo all'Illustre Gran Camberlingo & suo Luocotenente, Presidenti & Rationali della Regia Camera della Summaria, & all'Illustre Protonotario, & suo Vice Protonotario & Consiglieri deputati nel Sacro Regio Consiglio di Santa Chiara: Necnon all'Illustre Mastro Iustitiario, Regente & Iudici della gran Corte della Vicaria, Gubernatori & Auditori prouinciali, & à tutti altri officiali, Assessori, Vniuersità, & singulari persone di qualsiuoglia Città, Terre, & luochi del Regno, tanto Demaniali, come di Baroni, spetialmente alli Mastri

d'atti

d'atti de Tribunali, officiali, Città, Terre, luochi, seu à lor Luogotenē-ti, & sustituti, alli quali spetta, *& quomodolibet* potrà spettare, che osseruando la forma, & tenore delle preinserte Regie Lettere, statim riceuēdo il presente, debbiano di nuouo publicare, & far publicare nelli lor Tribunali, & Corte, & in lochi publici, & consueti, la forma & tenore della premētionata Pragmatica, & lettere esequtoriali del quondam Illustrissimo Don Raimondo de Cardona, *tunc* Vice Rè di questo Regno: Necnon le preinserte lettere di sua Cesarea Maestà, & la presente nostra esequtoria, & quelli fare affigere nelli lochi publici, & consueti, perche sia noto à tutti, & ciascheduna persona non ne possa pretendere ignorantia: Necnon debbiano osseruare la detta Pragmatica, e confirmatione di quella: giusta loro serie, continentia, e tenore, & iusta la preinserta declaratione, & ordinatione *ad vnguem, in omnibus, & per omnia*, & quelli facciano osseruar *per quos decet*, non dando à li detti memoriali fede ò probatione alcuna *in iudicijs, & extra*, nè permettendo che gl'impetranti possano quelli godere, & allegare, *nisi ostenderint* li priuilegij, prouisioni, & lettere espedite iusta lo rito della Regia Cancellaria, *cum appositione* del Regio sigillo, iusta la dispositione, & continenza del detto Priuilegio della confirmation di detta Pragmatica, & delle lettere esequtoriali del detto Illustrissimo Don Raimondo, & delle preinserte lettere di sua Cesarea Maestà, & la presente nostra declaratione, *omni dubio, & difficultate cessantibus*; & non facciano il contrario per quanto hanno cara la gratia della Cesarea Maestà, & in pena di duemilia docati desiderano non incorrere, & altre pene contente in detta Regia Pragmatica, & lettere esequtoriali di quella. *Datum in Ciuitate Neap. Die 15. mensis Martij. 1529. Philibertus de Chalon. V. Loffredus Regens, Locumtenens Vice protonotarij. V. Moranus Regens. Hieronymus de Franchis Locumtenens Magni Camerarij. Dominus Vice Rex Locumtenens generalis mandauit mihi Bernardino Martirano.*

FVRTIS. NOCTVRNIS.

PRAGMATICA I.

Committentes furta nocturna ī plateis Neap. & Burgis, vltimo supplicio tradantur. h. d.

CAROLVS *Quinctus, &c.* Hauendo inteso per diuerse vie, & querele, che di notte nelle strade di questa magnifica, & fidelissima Città di Napoli, & suoi Borghi, non ponno li Regij sudditi andare, & pratticare securamente, per causa d'alcuni ladri, & malfattori, che gli assaltano, & arrobbano le cappe, & robbe che portano: Et perche nostra intentione sempre è stata, & è per reggere, & manutenere li buoni sudditi Regij, che non siano oppressi, & offesi, ma possano liberamente, & senza timore alcuno

di not-

di notte, & de dì andare, & pratticare, massime nelle strade di detta Città di Napoli, si come spetta à sua Cattolica, & Cesarea Maestà, hauemo prouisto, si come per lo presente publico, & perpetuo duraturo Editto, siue Bando, prouedemo, dicemo, & comandiamo in nome della prefata Maestà, che non sia persona alcuna di qual si voglia sorte se sia, che presuma, nè ardisca tentare d'assaltare alcuno, per arrobbare cappe, nè cosa alcuna da potere di quelli che andano, & conuersano de notte per le strade di questa fidelissima Città di Napoli, & suoi Borghi, sotto pena della vita: Et per lo presente Bando ordiniamo, & comandiamo alla Gran Corte della Vicaria, che con diligenza lo debbia eseguire, & proceda, & tratti detti disrobbatori, come veri disrobbatori di strade, & crassatori contra ipsi, & li punisca, & castiga, de pena di vltimo supplicio, non hauendo rispetto alcuno al valore delle cappe, & robbe arrobbate di notte nelle strade predette che vagliano più ò meno, perche cosi conuiene alla punitione di tali arrobbi, declarando che cõtra quelli che sarãno trouati in fragrãti delitto, cõ lo furto di dette cappe, & robbe, se debbia eseguire detta pena incontinenti senza altro processo, nelli luochi medesimi, doue haueranno cõmessi detti assalti, & arrobbi, che tale è nostra intẽtione incõmutabile per lo ben publico, & protettione delli Regij sudditi. *Datum in Castello nouo Neap. die 17. Mensis Decembris. 1533. Don Petro de Toledo. V. dit Decolle Regens. V. Loffredus Regens. Bernardinus Martiranus Secretarius.*

GVIDATICIS. ET. EORVM. OSSERVATIONE.

PRAGMATICA. I.

Non gaudeãt guidaticis, q Regios vassallos offenderint, aut eis aliquo contractu sint obligati. h. d.

FERDINANDVS, *&c.* Ad tollendam omnem dubitationem, quae quomodolibet oriri posset super obseruatione guidaticorum, quae in futurum per nos verbo aut in scriptis sub generalibus verbis concederentur, per praesens nostrae Pragmaticae sanctionis edictum, omni futuro tempore firmiter obseruandum, nostra ex certa scientia, declaramus, & volumus, guidatica ipsa sicut praemittitur per nos in posterum concedenda; Ita demum per nostros officiales, & subditos obseruari debere, si qui ex quouis respectu guidati, & assicurati extiterint Regnicoli, seu exteri, nulli nostrorum fidelium terrae seu mari, damnum aliquid in persona, aut in rebus intulerint, seu alias quouis modo eos offenderint, vel ex contractu, seu alia causa eis fuerint obligati: nam qui talia commisissent, & sic obligati reperirentur, concessorum sibi huiusmodi guidaticorum beneficio gaudere nullatenus volumus, sed aduersus eos iustitiam ministrari guidaticis ipsis nequaquam obstantibus. Absurdum enim esset, & ab officio boni Principis alienum, si iurisdictione

nostra

nostra guidaremus eos, & assicuraremus, qui fidelibus nostris obliga ti essent, aut eos, seu ipsorum quempiam, damno aliquo affecissent, quorum quidem, & fidelium nostrorum cõmodis, & vtilitati, si recte imperare volumus, vigilare debemus: Omnibus propterea, & quibuslibet officialibus, & subditis nostris, maioribus, vel minoribus, quouis nomine nuncupatis, officioque, titulo, potestate, authoritate, & iurisdictione fungentibus, in toto hoc Regno nostro, & quauis parte ipsius, constitutis, & constituendis, ad quos spectat, & spectabit, & praesentes quomodolibet fuerint praesentatae, eorundẽ tenore praesentium; praecipimus, & mandamus expresse, quatenus, forma praesentis nostrae Pragmaticae diligenter inspecta, illam ipsi poena indignationis nostrae, & mille ducatorum auri. In quorum fidem, &c. Datum in Castello nouo Ciuitatis nostrae Neap. die 27. mensis Ianuarij. 1484. Regnorum nostrorum felicis anno 27. Rex Ferdinandus. Paschasius Garlon. N. A. de Montibus Locumtenens Magni Camerarij. Dominus Rex mandauit mihi Antonello de Petrutijs.

IMMVNITATIBVS. NEAPOLITANORVM.
PRAGMATICA I.

Vxorẽ Neapo. ducẽtes, domiciliũ mentes, aut aedificãtes, vt ciues Neapo. oriundi reputentur. h.d.

FERDINANDVS, *&c.* Pateat vniuersis, & singulis praesentis nostri edicti seriem inspecturis, tam praesentibus, quam futuris, quod, licet ab Illustrissimis & Serenissimis Regibus, & Reginis huius Regni nostri Siciliae praedecessoribus nostris ordinatum, & ipsorum temporibus, & nostro obseruatum fuerit in nostra Ciuitate Neap. quod nullus ipsius nostri Regni exterus, seu exterae nationis reciperetur, vel admitteretur in Ciuem, gauisurus priuilegijs, praerogatiuis, & exemptionibus, quibus ipsi Ciues Neap. potiuntur, & gaudent, ac potiri, & gaudere soliti sunt, & debent, sine specialibus Regijs literis, cum speciali conscientia Regum praedecessorum nostrorum, quod adeo tenaciter extitit superioribus temporibus, & nostro seruatum, & etiã licet ipsi exterae nationis nostri Regni emissent bona stabilia in ipsa Ciuitate Neap. & bona fide, & non in fraude transtulissent domicilium, in eadem ducendo vxorem, in ibiq. patriam praetoriumq. vxoris constituissent, non tamen, vt Neapolitani Ciues haberi, & tractari tales exterae nationes consueuerunt, nisi specialibus literis Regijs, & ipsorum Regum expressa notitia id eis concederetur. Nos tamen attendentes maiorem fieri frequentiam hominum exterarum nationum in hanc nostram Ciuitatem Neap. quae caput nostri Regni est, ad domicilium contrahendum, eamq. magis inde repleri liberis hominibus, ac fieri populosam turbis diuersorum hominum, suas Prouincias, & Ciuitates relinquentium, ad habitandum hanc nostram inde

concur-

concurrentium Ciuitatem, si id quod specialibus literis nostris, gratia impetrandum erat, nos motu proprio generali edicto cōcederemus. quo circa hoc praesenti generali nostro aedicto, ex certa nostra scientia, nostriq. Sacri Consilij deliberatione matura, consulto inuiolabiliterq. per hanc nostram Pragmaticam sanctionem, ordinamus, atq. sancimus, quod omnes cuiuscunque exterae nationis, etiam non Regni nostri, & ex eis descendentes hanc nostram Ciuitatem Neap. ad habitandum, & domicilium cōtrahendum confluentes, si tamen vxorem Neapolitanam duxerint, & in ipsa Ciuitate domum emerint, aut aedificauerint, sint & esse debeant Ciues Neap. in omnibus, & singulis priuilegijs, gratijs, libertatibus, praerogatiuis, exemptionibus, immunitatibus, atq. dignitatibus, tractentur, & reputentur Ciues Neap. vt oriundi potiuntur, & gaudent, atque potiri, & gaudere soliti sunt, & debent, siue melius gaudere possunt, & debent, ac consueuerunt, declarantes, & decernentes ex certa nostra scientia, quod omnes, & singuli, qui à nostra Maiestate obtinuerunt priuilegia, & gratias ciuilitatis in hac Ciuitate Neap. quod ita demum ipso priuilegio ciuilitatis gaudent, & gaudere possunt, & debent, si tales vxorati non fuerint, supradicta omnia fecerint, & adimpleuerint. Vxorati vero domum emerint, aut aedificauerint, alias dicta ciuilitate minime gaudere possint, neque valeant, & dictum eorum priuilegium sit nullum, nulliusque roboris, vel momenti. Illustrissimo propterea, & charissimo filio primogenito Alphonso de Aragonia Duci Calabriae, Vicario nostro generali, nostrumque super his declarantes intentum, mandamus Magno dicti nostri Regni Camerario, eiusdem Locumtenenti, & Praesidentibus, & Rationalibus Camerae nostrae Summariae, Dohanerio, & Credenzerio Ciuitatis Neapolis, ceterisq. vniuersis, & singulis subditis nostris, maioribus, & minoribus, quouis officio, potestate, & authoritate fungentibus, nomineq. nuncupatis, eorūq. Locatenentibus, praesentibus, & futuris, quatenus, forma praesentium per eos, & vnumquemq. eorum diligenter attenta, & in omnibus inuiolabiliter obseruata, praedictos, & ab eis descendentes in omnibus, & singulis vti ciues oriundos. Neapolitanos habeant, reputent, atque tractent, ipsosque gaudere sinant, atque permittant: omnibus priuilegijs, gratijs, libertatibus, ac praerogatiuis, exemptionibus, immunitatibus, atque dignitatibus, quibus ceteri ciues, & oriundi, potiri & gaudere consueuerunt, possunt, & debent, quibusuis ritibus, obseruantijs, literis, ordinationibus, in contrarium facientibus, non obstantibus quouismodo supractis alijs habentibus speciales literas à nostra Ciuitate immunitatis, & praedicta non adimplentibus & seruantibus minime permittant ipsa immunitate gaudere, sed praedictum eorum priuilegium proinde habent, ac si à nostra Maiestate

modo

modo aliquo fuisset concessum eisdem, seu ipsorum alteri. & vt praesens edictum nostrum ad notitiam deueniat singulorum, chartas, siue membranas illius seriem omnibus patulo indicio publicabunt, cum non sit verisimile apud alios remanere incognitum, quod tam patenter oculis omnium diuulgatur. In cuius testimonium praesens edictum fieri iussimus, nostro paruo sigillo sigillatum. Datū in Castro nouo Neap. die 4. mensis Iunij. 12. Indict. 1479. Regnorū nostrorū anno 22. Rex Ferdinandus. Paschasius Garlon. Io. Pont. Locumtenens Magni Camerarij. Dñs Rex mandauit mihi Ant. de Petrutijs.

PRAGMATICA II.

CAROLVS *Quintus, &c.* Perche sono molti che si fanno Cittadini Napolitani, & fanno loro incolato in varie terre, e luochi di questo Regno, & vorrebbeno esser franchi in detti luochi come Napolitani, & à noi non parendone tal cosa honesta, hauemo ordinato che paghino, & non godano altre franchezze, se non le medesime che godeno li naturali in detti luochi, poiche vi fanno lo incolato, & che quelli, che non stanno, debbiano pagare per li beni che ci teneno, n'hà parso notificarlo, acciò hauendo ricorso alcuni d'essi in quessa Regia Camera, non venga à farsi ordine, contra gl'ordini nostri. *Datū Andriae, Die xv. Septembris. 1539. Don Petro de Toledo. V. Martialis pro Regente. Martiranus Secretarius.*

Etiam Neapol. in terris quibus degunt, vt illarū ciues tractentur nullisq. gaudeant priuilegijs.

IMPRESSIONE. LIBRORVM.

PRAGMATICA I.

CAROLVS, *&c.* Perche conuiene al seruitio di nostro Signore Iddio, per zelo suo, & della Madre Ecclesia Cattolica, prouedere che non s'habbiano da stampare, & stampati non s'habbiano da tenere, nè vendere gli Libri di Theologia, & Sacra Scrittura, che saranno composti nouamente da vinticinque anni in quà, che prima non se mostrino al Reuerendo Cappellano Maggiore, acciò possa quelli vedere, & recognoscere, & visti, poi ordinar quelli se haueranno da mandare in luce, & quelli Libri di Teologia, & Sacra Scrittura, che saranno stampati sine nome d'Autore, & quelli Libri, gli Autori delli quali sono stati reprobati & condennati: Volemo, & per lo presente Bando expresse comandiamo, ch'in nesciun modo si possano vendere, & tenere: Per questo volendo noi euitare gl'errori che per tenere simili Libri poteuano nascere, se ordina, & comanda per lo presente Bando, à tutti, & qual si voglia persone Librari, & Marcanti de Libri, che da quà auante nó ardiscano, nè presumano per tutto il presente Regno, stampare, & stampati

Libri Sacrae Theologiae certo ab hīc tempore, in cōsulto Cappellano Maiore imprimi non possunt, & alij impressi absque authoris nomine non detineātur. h.d.

stampati non se habbiano da tenere, nè vendere, nè fare vendere li sopradetti Libri, di detta Sacra Scrittura, e Teologia, composti nouamente dall'anno predetto in quà, che primo non mostrano al predetto Reuerendo Cappellano maggiore, & di quelli Libri che saranno stápati sine il nome d'Autore, nè de Libri, & altra ad arbitrio dell'Illustrissimo Vice Rè riserbata, la quale inremissibiliter se esequirà, secondo la qualità della persona. *Datum in Castro nouo Neap. die 15. mensis Octobris. 1544. Don Petro de Toledo. V. Decolle Regens. V. Martialis Regens. Martiranus Secretarius. In Cur. 13 fol. 48.*

PRAGMAT. II.

Libri quicũque absque Pro Regis licẽtia imprimi non possunt, & impressi nõ vẽdantur. h.d.

CAROLVS, *&c.* Perche la esperientia hà dimostrato, e dimostra, che le Opere noue impresse senza nostra licenza, hanno causato non poco scandalo à quelle persone che l'hanno lette, & studiate, per contenersi in esse d'alcune cose illicite malfatte, lo che, per lo retto viuere delli sudditi, e populi della Maestà Cesarea del presente Regno, lo douemo con ogni diligenza, & attentione prohibire: Per questo volendo noi obuiare à simili inconuenienti, e scandali che per il quale s'ordina, & comanda à tutte, & qual si voglia persone di qual si voglia autorità, e dignità se siano, & signanter à tutti Impressori, & Librati, tanto esistenteno in la presente Magnifica, & fidelissima Città di Napoli, quanto in qual si voglia Città, terra, & luoco del presente Regno, che da quà auanti non habbiano da presumere in modo alcuno fare imprimere, nè imprimere, seu impresi vẽdere Libri di qualsi voglia sorte, si latini, come volgari, & etiam lettere, missiue, Sonetti, ò d'altra professione, senza nostro espresso ordine, & licentia in scriptis obtẽta, sotto pena di docati mille, & altra à nostro arbitrio reseruata. *Datum in Castro nouo Neap. Die vltimo Nouembris. 1550. Don Petro de Toledo. V. Polo Regens. V. Villanus Regens. V. Fonseca Regens. Coriolanus Martiranus secretarius. In Baneorum primo. fol. 72.*

INCISIONE. ARBORVM.

PRAGMATICA I.

Prohibẽtur incidi arbores, & radices, fabricãdis triremibus aptae. h.d.

CAROLVS *Imperator in anno.* 1536. Porro quia crescente numero Piratarum, & Classium inimicorum, necesse est vt crescat etiam numerus triremium, & aliorum vascellorum, non solum ad defensionem, sed ad offensionem. Et quia intelleximus nemora, tam Regalia, quam priuatorum per xxx. miliaria circa Neapolim, ita arboribus exhausta, quod, nisi prouideretur, & deficeret materia lignorum ad dictas triremes fabricandas. Prouidemus propterea, & mandamus, quod in dictis nemoribus per

tempus

tempus nobis beneuisum, non posſint incidi arbores idoneae ad dictas triremes fabricandas à radicibus, ſed in ramis tantum, niſi ex aliqua cauſa, licentia per Illuſt. Vice Regem concederetur, ſub poena vnciarum centum.

INDVLTIS.

PRAGMATICA. I.

PHILIPPVS *Dei gratia Rex, &c.* Antonius Perrenotus S. R. E. Tituli Sancti Petri ad Vincula Presbyter Cardinalis de Granuela, praefatae Regiae, & Catholicae Maieſtatis à conſilijs Status, & in hoc Regno Locumtenens, & Capitaneus generalis, &c. ILLVSTRIBVS Spectabilibus, Magnificis, nobilibusque viris, Magno huius Regni Camerario, Protonotario, Magiſtro Iuſtitiario, eorumq. Locatenentibus, Sacro Regio Conſilio Caſtri Capuanae, Praeſidentibus, & Rationalibus Regiae Camerae Summariae, Regenti, & Iudicibus Magnae Curiae Vicariae, Scribae portionum, Theſaurario generali, ſeu id officium Regenti, Aduocatis quoque, & Procuratoribus fiſcalibus, ceteriſque demum vniuerſis, & ſingulis officialibus, & ſubditis Regijs, maioribus, & minoribus in hoc Regno conſtitutis & conſtituendis, ad quos ſeu quem ſpectabit, praeſentes peruenerint, & fuerint quomodolibet praeſentatae, Regijs fidelibus dilectis, gratiam Regiam, & bonam voluntatem: Nuper per Sacram, Regiam, & Catholicam Maieſtatem, fuit expeditum, & nobis tranſmiſſum Priuilegium Indultus, omni qua decet ſolemnitatem vallatum, tenoris ſequentis, videlicet. PHILIPPVS Dei gratia Rex Caſtellae, Aragonum, Legionis, vtriuſque Siciliae, Hieruſalem, Vngariae, Dalmatiae, Croatiae, Nauarrae, Granatae, Toleti, Valentiae, Galitiae, Maioricarum, Hiſpalis, Sardiniae, Cordubae, Corſicae, Murciæ, Giennis, Algaruiorum, Algezirae, Gibraltaris, Inſularum Canariae, necnon Inſularum Indiarum, Terrae firmae maris Oceani, Archidux Auſtriae, Dux Burgundiae, Brabantiae, & Mediolani, Comes Barcinonae, Frandriae, & Tirolis Dominus Vizcaiae, & Molinae, Dux Athenarum, & Neopatriae, Comes Roſſilionis, & Ceritaniae, Marchio Oriſtani, & Gociani.

Generalis Indultus à Rege Philippo Regijs Vaſſallis elargitur poſt ortum Sereniſsimi Ferdinandi filij nõnullis grauibus exceſsibus exceptis. h. d.

ACCEPTO inſignis victoriae nuntio, qua Diuino in primis munere, deinde vero ductu ac virtute Illuſtriſſimi fratris noſtri chariſſimi Don Ioannis Auſtriae, foederatorumque noſtrorum Claſsis Praefecti, numeroſa Turcarum Tyranni claſsis, nuper apud Echinades Inſulas inito proelio, ſuperata, capta, ac pene deleta fuerat: Nihil nobis antiquius fuit, quam vt ea, quae Catholicum Regem decet, pietate, immortali Deo bonorum omnium auctori gratias ageremus: Itaque publi-

publicis per omnia Regna, quae Diuina prouidentia nobis regenda commisit, decretis supplicationibus, quibus, & nos ipsi supplices interfuimus, ad omnia Sacra Templa maximo populorũ concursu Deo gratiae actae, omniaque praeterea, quae ad augendam publicam laeti titiam pertinebant, hilaritatis signa edita fuerunt. Haec dum nos sedulo curaremus, Diuina Maiestas nouo altero, ac ingenti beneficio gaudium nostrum cumulare dignata est, dato nobis ex Serenissimae charissimaeque coniugis nostrae Annae felici puerperio, Regnorum nostrorum iusto ac legitimo haerede Principe filio primogenito Ferdinando. Quod diu quidem à nobis votis omnibus exoptatũ, Deus Optimus Maximus inscrutabili consilio in haec tempora reseruandũ duxit, quibus ad vniuersalem totius Christianae Reipublicae exultationem, nostra quoque domestica, subditorumque nostrorum laetitia accederet. Dupplicatis itaque primum supplicationibus, ac gratiarum actionibus, Visum est nobis in tanto publico gaudio, diuersis priuatis maeroribus succurrendum esse, exulibus quoque ac carceris nexu obstrictis, aliqua ex parte quatenus Iustitia patitur clementer indulgere. Hoc igitur generali decreto, Regia authoritate nostra decernimus, statuimus, & mandamus omnes, & singulos in nostro citerioris Sicilię Regno, tam nobis subiectos, quam extraneos, qui de quibuscumque delictis, ac criminibus etiam capitalibus ab hodierna die retrofactis, vel commissis suspecti, delati, accusati, vel indiciati sint, etiã si confessi, aut conuicti fuerint, & siue processus ipsi adhuc coepti nõ sint, siue adhuc pendeant, siue iam condemnatio sequuta fuerit, & siue rei in carceribus detenti sint, siue sub fideiussione extra carceres ius dicant, siue adhuc in iudicio non comparuerint, & siue in contumacia banniti, aut condemnati, aut arbitrio nostro, aut Pro Regum nostrorum, aut aliter certo tempore, aut perpetuo exulare iussi fuerint, à quacumque poena non modo corporali, sed etiam mulcta, vel condemnatione pecuniaria, vel bonorum confiscatione, quæ ad nostrum Regium fiscum praefati nostri Siciliae citerioris Regni spectaret: (dummodo poena, vel mulcta, vel condemnatio realiter exacta, incorporata, assignata, acceptata, vel composita non sit, aut aliter fisco nostro pro ea cautum fuerit, aut bona ipsa iam per sententiam à Iudice latam expresse confiscata non fuerint) ipso iure, & facto absolui, & liberari debere, prout praesentium tenore eos absoluimus, & liberam ac liberos, & absolutos esse volumus. Et si aliqui praedictis de causis carceribus mancipati sunt, eos illico liberari, & relaxari mandamus. Quae omnia locum habere declaramus, quo ad eos tantum, qui legitimam remissionem, & pacem ab offensis habuerint in casibus, in quibus partis remissio necessaria est, aut illam intra sex menses post harũ nostrarum publicationem obtinuerint: Et intra idem tempus officiali-

cialibus, ad quos spectat, aut spectabit, citato fiscali illius Ciuitatis vel loci, vbi adsit, in autentica forma legitime praesentauerint. Declarãtes etiam, inter casus, in quibus remissio partis non requiratur, cõprehendi casum prouocationis ad rixam simplicis insultus primae euaginationis, delationis armorum prohibitorum, vbi tamen vulnera aut percussiones sequutae non fuerint, & si qui forte simpliciter de homicidio condemnati fuerint, aliquib. tamen indicijs praecedentibus, ex quibus suspicio animi deliberati elici posit, licet qualitas ipsa expressa non sit, sed tantum praemissa facti narratione inquisitio formata fuerit: Mandamus vt productis legitime remissionis instrumentis, rem omnem Pro Regi nostro referant, qui pro casuum, & personarũ qualitate, quid agendũ sit decernet. Declaramus insuper in hoc Edicto non comprehendi crimina laesae Maiestatis, haeresis, rebellionis, fabricationis falsae monetae, homicidij animo deliberato patrati, seu ab eo, qui alia duo homicidia commiserit, etiam si ob ea damnatus nondum sit, vulnus proditorie, e sclopo rotato, aut aliter illatum, etiã si mors non succedat, diminutionem monetarum vbi amplius quam semel fiat, raptum mulieris honestae, etiam si copula non sequatur; vsum venereum cum Sanctimoniali in habitu, aut alias intra Monasterium degenti, crimen nefandum, exspoliatores viatorum, seu derobbatores stratarum, adulterantes sigillum Principis, aut cuiuscumque Regij Tribunalis, propinationem veneni, caedem officialis Regalis, qui seditionem mouẽt populorum, aut plebem aduersus Principis, vel Pro Regis nostri, vel Tribunalium regiorum, decreta, & prouisiones concitant, qui testimonium falsum in causa in qua ingeratur poena mortis naturalis ad alicuius offensam dicunt, vel ab alio dici curant, aut mandant, qui executiones reorum, vbi de mortis vel mutilationis membrorum poena agitur, impediunt, vel ab alijs impediri curant seu mandant; Necnon alia crimina, & delicta enormia, & mali exempli per dictũ Pro Regem cũ Consilio, & voto Collateralis Consilij declaranda, & illa etiam, in quibus est processum ad sententiam cõdemnatoriam. Crimina vero, in quibus est processum ad sentẽtiam foriudicationis, arbitrio dicti nostri Pro Regis remittantur. Quos omnes, & singulos praesentis decreti beneficio gaudere nolumus, sicut neque eos, qui, dum officiales essent, in eorum officijs deliquerũt, neque Notarios, qui falsitatem aliquam in instrumentis aut publicis scripturis commiserunt. Quos pariter ab Edicti indulgentia exclusos esse declaramus. eos etiam, qui praesentes, lata à Iudice sententia, ad triremes damnati fuerunt, siue iam in ipsis triremibus degant, siue capti adhuc teneantur, siue ex ipsis carceribus, aut satellitum potestate fuga euaserint, praesentis gratiae beneficio gaudere nolumus, donec à nobis, maturius intellecto Classis nostrae statu, aliud ordi-

natum fuerit. Statuentes in toto Regno praedicto, vt omnes, & singulos processus, scripturas, condemnationes, acta, Banda, & quaelibet alia, quae in causis supra narratis facta fuisse reperiuntur, (saluis tamen reseruatis vt supra) gratis deleant, & annullent, & eorum huiusmodi nomina de albo tolli, & deleri faciant, sicut & nos auctoritate nostra Regia, praesentium tenore delemus, & annullamus, tollimusq. & penitus abolemus. Volentes etiam, & ita expresse mandantes quibuscumque officialibus, & ius dicentibus vt supra, vt pro quibuscumque delictis, vel criminibus adhuc non delatis, etiam si occulta essent, (exceptis tamen superius reseruatis) atque eorum occasione nullo modo in futurum procedere, inquirere, aut aliquos molestare audeant, modo in casibus in quibus requiritur, à parte offensa legitima remisio obtenta fuerit, vel illam in futurum obtineri contingat infra terminum sex mensium, vt supra. Adhuc decernimus, & ordinamus quoscumque tam publici, quam priuati debiti causa in carceribus detentos, ex ipsis carceribus illos relaxari debere, quos omnes & alios quoscumque debitores si ex causa publica intra duos proximos menses, si vero ex causa priuata infra quatuor menses personaliter molestari praesenti Edicto prohibemus, saluo semper iure quoad capitale debitum, cui derogare non intendimus, exceptis decoctoribus, & depositarijs, & alijs qui datiorum aut redditiuum ordinariorum, vel extraordinariorum causa debitores inuenientur, quos hoc decreto includi nolumus. Mandantes propterea Illustribus, spectabilibus, nobilibus, magnificis, dilectis Consiliarijs, & fidelibus nostris, Pro Regi, Locumtenenti, & Capitaneo generali, nostro Magno Camerario, Protonotario, Magistro Iustitiario, eorumque Locatenentibus Sacro nostro Consilio Castri Capuanae, Praesidentibus, & Rationalibus Camerae nostrae Summariae, Regenti, & Iudicibus Magnae Curiae Vicariae, Scribae portionum, Thesaurario nostro generali, seu id officium Regēti, Aduocatis quoque, & Procuratoribus fiscalibus, ceterisque demum vniuersis, & singulis officialibus, & subditis nostris maioribus, & minoribus, in praedicto nostro citerioris Siciliae Regno constitutis, ac omnibus, & singulis officialibus ius dicentibus, & Notarijs nobis in eodem Regno subiectis, ad quos spectat, & spectabit, vt omnia supradicta obseruent, & obseruari faciant per quoscumque si, praeter irae, & indignationis nostrae incursum, poenam ducatorum mille nostris inferendam aerarijs cupiunt euitare. In cuius rei testimonium, praesentes fieri iussimus, nostro magno negotiorum praedicti citerioris Siciliae Regni Sigillo impendenti munitas.

Datum in oppido Madriti, die 26. Mensis Ianuarij. Anno à natiuitate Domini. 1572. Regnorum autem nostrorum, videlicet Hispaniarum, & vlterioris Siciliae anno 17. Citerioris vero, Hierusalem, & aliorum.

rum. 19. Yo el Rey. V. Princeps Meliten. & pro Protonotario, & magno Camerario. V. Comes generalis Thesaur. V. Cutinarius Reg. Dominus Rex mandauit mihi Didaco de Vargas. Solutio in exequutorijs. Idiaquez pro taxatore. In Priuileg. Neap. 24. fol. 98.

Semo similmente informati che li sei Corrieri ordinarij pedoni, li quali fin'à quest'hora sono stati assentati & pagati per la Regia Corte à ragione di sei docati il mese per ciascheduno, alcuni di loro non seruono di persona, & mandano altri in lor nome, & quelli che alcuna volta seruono personalmente, lo fanno tardamente, & non vsano quella diligentia che conuerrebbe al seruitio di sua Maestà, di modo che andando il seruitio di questa maniera, la Corte nè viene ad essere mal seruita: Per questo vogliamo, & ordiniamo che da quì auanti li detti sei Corrieri non habbiano da percipere la detta prouisione di docati sei il mese, nè habbiano à seruire più la Regia Corte, & il pagamento delli Corrieri, che si hanno da espedire, da quì auanti si habbia à pagare dal Tesoriero generale, con poliza del Regio Secretario: Et

quando la Regia Camera, la Thesoroia, ò la Scriuania di ratione vorranno mandare qualche dispaccio fuori, lo mandaranno al detto Secretario, perche in questo modo si verrà spendere assai meno.

Di più perche s'intende che da vn certo tempo in quà si è tolta la facoltà alli Corrieri da piedi, e da cauallo, & alli patroni delle bestie d'alloghiero, che non possano seruire altre persone particulari, senza licenza delli Mastri di Corrieri, ò di suoi substituti, si hà da prouedere di tor via tal abuso, & di notificarlo, acciò ch'ogni persona possa vsare della sua libertà. *Libera sit facultas cursoribus deseruiendi cui voluerint.*

Vogliamo, che l Mastro di poste non possa mãdare, nè habbia da consentire che li Corrieri, nè staffette piglieno gruppi di danari, nè gioie, nè sete, nè oro per estraerle cõtra Bando fuor del Regno, senza nostra licenza *in scriptis obtenta*. *Cursores nõ extrahant contra banda.*

Et perche intendiamo che il pagamento delle Poste, & Corrieri stà alterato da quel che era solito anticamente pagarsi, & ogni di và crescendo & augmentando, & nell'officio vostro non si tiene Pandetta alcuna delli pagamenti, che si hanno giustamente à fare, si come stà, & si tiene in tutte le parti d'Italia, in Alemagna, in Fiandra, & in Ispagna, & habbiamo già dato ordine che se habbia per tutte le parti vera informatione di quel che giustamente si hà da pagare per lo salario di dette Poste, e Corrieri: Per tanto ve diciamo, che de qui auanti non debbiate innouare, nè crescere li pagamenti che soleti pagare alle dette poste e Corrieri, insino à tanto che sarà fatta & publicata la detta Pandetta, la qual dopò che sarà publicata, vogliamo che si habbia da osseruare inuiolabilmente, *iuxta sui seriem, continentiam, & tenorẽ*. *Fiat solutio postarũ nulla adaucta quantitate, donec aliter fuerit prouisum.*

Le quali sopradette cose tutte conuiene al seruitio & conseruatione dello Stato di sua Maestà, che si habbiano da osseruare per voi, & per li vostri Ministri, & vi diciamo, & vi ordiniamo, che per quanto hauete cara la gratia della predetta Maestà, & sotto pena di perdere il vostro officio, & di docati tremillia, da applicarsi al Regio fisco in caso che si facesse il contrario, debbiate *ad vnguem* osseruare, & far osseruare quanto per noi nelli sopradetti Capitoli stà ordinato. la qual pena vogliamo, che si esiga inuiolabilmente. La presente per voi letta con la intimatione & relatione in dorso di essa notata reste al presentante. *Datum in Regio Palatio Neap. die 18. Septembris.* 1559.

Don Perafan. *V. Albertinus Regens. V. Villanus Regens. V. Reuerterius Regens.* **Ioannes de Soto Secretarius.**

OFFICIO PROCVRATORI CAESARIS SEV CAMERAE SVMMARIÆ, *& his quæ ipsi Tribunali incumbunt.*

PRAGMATICA I.

Dantur statuta Regiæ Cameræ Sūmariæ.

CAROLVS, &c. Alli tempi à dietro riceuemmo vna lettera di sua Maestà del tenor seguente, videlicet. A tergo. Al Illust. Marques de Villafranca, nuestro primo Viso Rey, Lugarteniente, y Capitan general del nuestro Reyno de Napoles. Intus vero. Illust. Marques primo nuestro Viso Rey, Lugarteniente, y Capitan general, con esta os mandamos embiar ciertas ordinationes, y Pragmaticas que se han aca platticado, que serian necessarias y conuenientes para el bien de nuestro patrimonio y haziendo desse Reyno, las quales han paroscido bienno las hauemos querido mādar despacciar sin hauer primiero uuestro parescer sobre cada una dellas, cōfiando de vos que en todo mirareis, y nos auisareis delo que mas conuenga al nuestro seruitio, y assi os enca gamos, y mā damos que las veais, y enformado os particularmiente en cada vna dellas del Dottor M. Bartolomeo de Beneuente, que las lleuas delas causas que han mouido ad hazerlas assi, y platticadolas y cōmunicadolas con los Regente nuestra Cancellaria, y con los otros officiales nuestros que à vos parescere cōuenir, y con el dicho M. Bartolomeo nos auiseys specificadamente de todo lo que à vos y à ellos paresciere circa dellos, dando las razones que os mueuen à ello y aunque seque, lo mirareys muy bien non se querido desciar de accordaros que no deuen enteruenir à ello personas que puedan pretender enteresse, porque mejor se pueda hazer lo que conuiene y juntamente con nuestro parecer nos embiareys las mismas Pragmaticas, paraque visto todo las mādamos publicar y las que os pareciere que estan bien como de aca os bian las mandareys luego publicar y obseruar sin falta, ò hazer, lo que mas cumpliere à nuestro seruitio. *Datum in Sauillano à 24 de Iunio 1536. Yo el Rey. Perennotus Idiaques Secretarius. Nihil soluat quia Curiæ. Lobera Taxator.*

ET con essa ne furono presentate molte Pragmatiche, lequali furono in parte discusse in questo Collateral Conseglio, con interuento del detto M. Bartolomeo Camerario: Et perche ce ne erano altre, lequali ricercauano consulta con sua Maestà, & alcune haueano bisogno di maggior discussione, per l'andata nostra in Puglia contra Turchi, se differì la essecutione d'esse. Et volendo hora obedire à quanto sua Maestà hà comandato, n'hà parso embiar à questa Regia Camera quelle

quelle che sono accordate da essequirse, le quali sono le infrascritte, videlicet.

QVONIAM Maiestati nostræ retulerunt, quod patrimonium nostrum & iura fiscalia in confusione quadā percurrere non desinūt, ex computorum officialium nostrorum præsentatione, quæ in nostra Regia Camera fit, dum præterita futuris immiscentur, in nō modicum præiudicium patrimonij Maiestatis nostræ. quamobrem volentes vt tenemur indemnitati nostræ prouidere, ordinamus & mandamus quod Thesaurerius noster generalis, Portulani, Perceptores, Dohanerij, & officiales alij quicumq. deinceps computa sua in nostra Regia Camera distincta cum causa specifica cuiuscumq. partitæ, introitus aut exitus, de tertio in tertium finita, ac bene declarata, & tantum ea, quæ eiusdem sunt temporis & non de præteritis, tam in introitu, quam in exitu, consuetis temporibus præsentent, ne prout fit euenire contingat, vt nūquam præsens status patrimonij nostri certus sit, & præterita tantummodo continue pertractentur de præteritis vero speciale & separatam notitiam maxime residuorum exhibeāt, nec aliter à nostra Camera recipiantur, cumque prædicta etiam contingere, & ipsorum computorum declarationes retardari audiuerimus, ex eo quod eodem die quo Thesaurerius noster generalis recepit pecunias portantibus illas cautelas de recepto non consignat, ordinamus & mandamus, vt Thesaurarius noster minime quantitatem aliquam pecuniæ magnam vel paruam accipiat, quin statim in suo Libro partitam claram & liquidam causam specificam continentem, & cum finitione cuiuslibet tertij describat, cuius copiam incontinenti Ministro consignet, ad hoc vt Ministri ipsi quando præsentāt computa suo tempore, prout statutum est, & male obseruatur, vna cum cautelis & registro apodixarum nostræ Regiæ Cameræ præsentare debeant, nec contrarium faciant sub pœna aureorum duorum millium, quæ inremissibiliter exigatur, in quam officiales nostræ Cameræ Summariæ incurrant, nisi inremissibiliter illam exigant.

Thesaurarij Dohanerij ceterique distincta reddāt computa in Regia Camera.

ITEM pro bona conseruatione status nostri & populorū nostrorum, ne ab officialibus nostris vexentur, statuimus & mandamus vt Perceptores nostri in Prouincijs eorum, nec per se, nec per Ministros suos, aut alios quoscumq. palam vel occulte quicquam nisi pro corū vsu emant, nec animalia ad vescendum pascua detineāt, neque etiam esculenta aut poculenta ab Vniuersitatibus vel subditis capiant, sed propria prouisione remaneant contenti, nec etiam pro retardandis exactionibus nostræ Curię debitis, vel pro restituendis executionibus nostræ Curiæ debitis, vel pro restituēdis executionibus factis aliquid recipiant, sub pœna amissionis prouisionis vnius anni pro prima vice & pro secunda sub pœna priuationis officij, in quā ipso iure absque

Perceptores prouinciarū suo salario contenti nihil recipiāt ab vniuersitatib. ex causa quacumq. nec mercimonias exerceant.

Perceptores mortuis Baronib⁹ se informent de redditib⁹ feudi vt iusta releuia soluātur. Perceptor significatoriarū videat monetam ingredientem ad Reg. Thes et iuxta illius relationē salaria soluantur vehemētius.

aliqua declaratione incurrant, tam ipsi, quam si dicti eorum ministri predicta commiserint.

ITEM volumus & mādamus, ꝙ Perceptores Regni nostri in Prouincijs eorum, statim ꝙ Barones moriuntur, infra mensem vel antea si per Regiam Cameram Summariæ fuerit eisdem iniunctū cum prouisione consueta ad loca feudorum accedant, & informationē de fructib. illius anni capiant, ne postmodum tempore exactionis releuij, maxime in pupillis, quæ in solutione vsque ad pubertatem expectantur, vera introituum ipsorum notitia haberi nequeat, nec contrariū faciant sub pœna amissionis prouisionis vnius anni.

ITEM statuimus, vt quando pecunia recipitur à Thesaurario nostro generali, non destinetur illa penes numularios, sed recta via intret in Regia Thesaureria, & tunc cum interuentu Perceptoris significatoriarum pecunias prędictas capiat, ad hoc vt Perceptor ipse possit videre qualitatem monetarum, & nostræ Regę Camerę referre, vt valeat condigna salaria pro monetarum vectura statuere, nec inde Regia Camera nostra decipiatur, prout hactenus obseruatum extitit.

ITEM mandamus Perceptoribus nostris, vt, cum vsque ad ducatos quingentos exegerint, prout in instructionibus habent, statim illos Neapolim in nostram Regiam Thesaureriam transmittant, & si cōtrafecerint, ad omnia damna & interesse nostræ Regiæ Curiæ teneātur: Verum si pro minori sumptu pro transmittenda maiori quantitate per mensem alium expectandum esse duxerint, hoc eis liceat & non aliter.

Exacta summa duc 500 destinetur ad Reg The. vel pro maiori quantitate expectetur alius mēsis & non aliter.

ITEM exposuerunt Maiestati nostrę, quod Perceptores perquirentes solutionem pecuniarum nostrarū retardare, ac vtuntur fraude, quod apodixas, quas Exactores populis faciunt, item illas sub data posteriori refaciunt. quibus prouidere volentes, statuimus vt inde talia non attententur, sed in apodixa ab Exactore scripta, Perceptores aut eorum Locūtenentes subscribant in eodem integro folio dietim, prout solutiones fiunt.

Consultationes et literæ fiant in plena banca, et scripturæ cōseruentur in Camera.

INSVPER præcipimus & mandamus, vt omnes consultationes quę transmittuntur Maiestati nostrę, aut pro Regi in Regno nostro, expediantur in Banca plena, cum expresso voto omnium Prędentium & Rationalis conficientis illas, & vota notentur in Libro notamentorum, nec aliter in consultis prædictis, ac etiam in alijs litteris, aut prouisionibus intra Regnum transmittendis notentur consensus notamentorū, qui quidem consensus, quando non est nemine discrepante, sed maioris partis Scribarum videlicet, Consensu maioris partis, & nō simpliciter sub pœna priuationis officij sui, pariformiterq. omnia Bilancia Regni nostri, quæ consuetis temporibus, prout Vice Rex expostulabit, Maiestati nostræ transmittuntur, cum interuentu

omnium

omnium Præsidentium & Rationalium expediantur, & ab omnibus Præsidentibus, tam bilancia quam consultationes nobis aut Pro Regi nostro transmittendas subscribantur, litteræ verò expediantur in Bancha cum voto Præsidentium, vt supra, quæ notentur in Libro votorum, cum subscriptionibus Locumtenentis, nec aliter litteras expediat vbi Camerarij nomine transmittuntur, præterquam quando aliquis casus occurreret, qui propter interesse Regiæ Curiæ non pateretur dilationem, vt litera expediatur in Bancha, vt tunc solus Locũtenens expediat & detur sequenti die notitia Præsidentibus, quodque scripturæ omnes cõseruentur in Regia Camera Summariæ in locis consuetis vbi per officiales ad id deputatos custodiantur, vt vnusquisq. ex Præsidentibus aut Rationalibus pro nostro seruito illas intueri valeat: nec in proprijs domibus Locumtenentis aut Præsidentis, prout hactenus fuerunt, detineantur, præterquam si pro aliquo occurrenti negotio, non longo tamen tempore, illas domi cum specifica apodixa receptionis reportare sit necesse, ac etiam pro custodia iustitiæ ne voto pandantur, statuimus, vt nemo nisi Locumtenens, & Præsidentes in Bancha intrent, & Patronus ac Procurator fisci, & notator post causam votatam, vel si aliquis ex Rationalibus aut Scribis quicquam pro seruitio nostro proponere voluerit per Porterios, tunc illud Locumtenenti notificet, quod maxime cum partibus obseruandum est, quæ dum non singuli admittuntur, sed omnes simul intrant, confusionem quandam inducunt, & ipsi male expediuntur, & tempus incassum labitur. quamobrem iubemus, vt postquam intrauerint soli, vocentur partes pro singulis causis, prout referuntur per locumtenentem.

LE quali ve ordiniamo e comandiamo, che le habbiate da osseruare *ad vnguem* come stanno. Et acciò che nissuno si possa escusare de ignorarle, de continenti le facciate registrare in questa Regia Camera, vna con l'altre Pragmatiche in lo Libro delli riti, acciò siano in notitia di tutti gli officiali, auanti delli quali le fareti leggere in plena Bancha: Et perche li ministri pecuniarij, non ne pretendano essi ancora ignorantia alcuna, ve ordiniamo & comandiamo, che di continenti le facciate intimare à ciaschedun di essi, lasciandoli copia autẽtica *loco instructionum*, & cosi se osserui *in futurum*, che à tutti li ministri pecuniarij auanti di darle la possessione dell'officio, se li deano le instruttioni, nelle quali se li dia copia di tutte le sopradette Pragmatiche, nè farete lo cõtrario, nè in tutto lo sopradetto, nè in parte di esso, per quanto hauete cara la gratia della Maestà Cesarea, & pena di ducati dui milia. *Datum Neap. in Castello nouo die x. mensis Ianuarij. 1540. Don Petro de Toledo. V. Decolle R. & pro Protonotario. V. Loffredus R. Martiranus Secretarius. In cur. 7. fol. 263. Dirigitur Cameræ Summariæ.*

PRAGMATICA II.

Officiales pecuniarij præsentent computa in Camera liquidanda infra annum per Rationales.

CAROLVS *Quintus Imperator in anno* 1540. Cum Reges antecessores nostros in dicto Regno in Regia Camera Summariæ, vbi magna negotia tractantur, tam ad patrimonij nostri, quam ad subditorum interesse spectantia ritus & constitutiones, magno cum studio prouidisse, summaq. diligentia fecisse atque ordinasse constet: Volumus propterea atque mandamus, vt omnes exacte seruentur, & signanter disponentes, quod officiales pecuniarij singulis annis in dicta Camera, eorum computa cum debitis cautelis exhibere, & presentare debeant, ad hoc, vt percunctari, liquidari, & cito expediri possint. Nam dilatio expeditionis eorum hactenus Curiæ nostrę, & subditis fuit non mediocriter perniciosa. Quam liquidationem infra annum omninò fieri, iubemus, proptereaq. Locumtenenti, Præsidẽtibus, dictisq. Rationalibus mandamus quod in liquidatione computorum ita solliciti sint, atque festinent, vt singulis annis computa præterita, liquidata remaneant, nec in annum sequentem liquidatio differatur, ne sic differendo liquidationes fiant immortales, & Regia Curia nostra ignoret, an in officialium nostrorum posse quantitas aliqua pecuniarum Regiarum remanserit: Et qui contrafeçerint, pœnas in eisdem contentas, aliasque arbitrio nostro reseruatas grauiores incurrant.

PRAGMATICA III.

Officiales Cameræ parentum litibus non se immisceant.

CAROLVS *Quintus Imperator in anno* 1540. Mandantes etiam, quod neq. Locumtenens, neq. Præsidẽtes, neq. Rationales, aut aliquis alius ex officialibus dictę Regię Cameræ in causis consanguineorum, coniunctorum suorum interuenire, aut relationem facere votare, vel aliter quoquomodo interesse possint, sed vt causæ prefatę sine vlla suspicione tractentur, terminenturque officiales omnes dictæ Cameræ penitus ab eis abstineant.

PRAGMATICA IIII.

Venditiones gabellarum fiant coram omnibus de Camera.

CAROLVS *Quintus Imperator in anno* 1540. Volumus etiam atq. mandamus, ꝙ Locumtenens dictę Regiæ Cameræ solus, & extra Bancham recipere oblationes, vel vt dicitur incanta, aliquosue alios actus in locationibus siue affictibus vectigalium, gabellarũ, aliorumque regionum dirictuum, facere minime possit, sed omnia præfata in Banca, vna cum alijs qui in eadem Bancha interesse consueuerunt, fiant, atq. celebrentur.

PRAGMATICA V.

Datur modus officialibus Regiæ

PHILIPPVS *Dei gratia Rex, &c.* Cum Regia Camera Summariæ supremum quidem Tribunal totius Regalis patrimonij Regimen ac gubernaculum teneat, ibiq. causæ omnes Regium fiscum tan-

gen-

gentes, cum antiquarum, tum nouarum sanctionum dispositione terminentur, eidemque vt Regium patrimonium conseruetur, iustisque & honestis augeatur modis, specialiter curæ sit Serenissimi ac prudentissimi huius Regni Aragonij Reges, & postremo inuictissimus Carolus Quintus Imperator memoriæ immortalis pro ipsius institutione, optimoque recto, ac ordinato regimine plura pluribus ac diuersis temporibus, sanxere, suorum bonorum, introituumque Regalium conseruationi sedulo propēsi, vt emergentibus necessitatibus proprijs bonis occurrerent, subditosque propterea ab oneribus releuarent. Quandoquidem dum optimi Reges à subditis diuino eis munere cōmissis ad sua propria bona manus extendentes onera excutiunt, illosque in pace & tranquillitate conseruant, ipsi in eorum quiete & tranquillitate quiescunt. Cum id etiam nobis, qui Serenissimæ Cath Regis nostri, in hoc Regno vices gerimus, per quam maxime cordi sit, ad Tribunal illud inter cetera oculos vertentes, instructiones, ordines, ac sanctiones illas omnes percurri iussimus, quarum aliquas eadem, aliquas dissimilia ac diuersa, aliquas contraria continere compertum est. Quo fit vt earundem omnium interpretatio ac obseruantia etiam prudentissimis viris difficilis visa sit. Et quia Legislatoris est proprium subditis iudicia declarare, quæ varia vetustate, diuersaque temporum obseruantia inuoluuntur, vt moderna clara, certaque sanctio disponat & ordinet, quod præteriti tēporis cursus inordinatum perpenditur reliquisse, necessarium duximus instructiones, ordines, ac sanctiones illas omnes in hanc claram sanctionem congerere, superflua resecantes, contraria ad concordiam redigentes, dubia declarantes, nouisque morbis nouas medelas afferentes. Ita vt ex præsentis nostrę dispositionis inuiolabili obseruātia nihil omissum appareat, & aptæ administrationi iustitiæ Regię, suorumque subditorum indemnitati hoc breui compendio perfecte prospectum esse videatur. Suscepti enim oneris nos cura sollicitat, vt suæ Cath. Maiestatis, eiusque subditorum vtilitatibus, nunc nouorum editione ordinum, nunc antiquorum declaratione, ac innouatione, sollicite prouidere curemus.

Cameræ in negotijs fisci tractandis, & quibus diebus illis sint vacaturi.

In primis igitur statuimus atque mandamus, quod Locūtenens magni Camerarij Regni huius Siciliæ, præsidentes & Rationales, alijque officiales Regię Camerę Summariæ, qui sunt fuerintque per tempora die qualibet iuridica in Camera Summariæ, adesse debeant mane, & vesperi horis debitis, videlicet, die qualibet, mane tribus horis, & sero duabus horis ad negotia expediendum, negotiandum, & ea omnia agendum, quæ opportuna fuerint, & necessaria pro Regiæ Cameræ Summariæ seruitio & iustitiæ administratione: Et in die Lunæ, Martis, Iouis, & Veneris, tam de mane, quam de sero non

agitentur, nec discutiantur alia negotia nisi fiscum tãgentia, ac principaliter attendant ad expeditionem & liquidationem computorum, donec computa liquidata & declarata fuerint, nec per aliquem dicãtur dicto Locumtenenti, & Præsidentibus, nomine alicuius aliqua alia negotia, nec petatur licentia per quemcunque aliquem intromitti die vero Mercurij & Sabbati Præsidentes relationi, & expeditioni causarum, in quibus fiscus conuenitur, & aliarũ, in quibus aliquod fisci vertitur interesse per horarum distributionem, prout hactenus seruari audiuimus, diligenter incumbant. Quibus diebus de sero in dicta Regia Camera conuenire non teneantur, vt Commissarij in suis domibus Aduocatos audire, super incidẽtibus prouidere, & quę ibi expediri possunt, expedire valeant, sed de mane per quatuor horas continuas in eadem Regia Camera negotia præfata expedientes permanere debeant. Quæ negotia dictis diebus ea cum diligentia expediri mandamus, sicut alijs prædictis diebus fiscalia negotia expediri iussimus, quibus diebus si tempus supererit, possint etiam causæ discuti & decidi, vbi fiscus actor est vel erit. Quod si aliquis ex Præsidentibus statutis horis in eadem Camera non venerit, vel aliter quam supra fieri iussimus factum fuerit, vel in aliquo cõtrauentum, id omne per Notatorem in notamentorũ Libro sub nostræ indignationis pœna notetur, taliter complectentes ac declarantes, quæ statuta fuere in primo Capitulo instructionum seu Pragmaticarum Serenissimi Regis Federici anno 1497. & in 7. instructionum inuictissimi Caroli Imp. anno 1529. Quæ quidẽ Capitula modo quo supra & nõ aliter obseruari iubemus. Quorum Capitulorum tenor talis erat.

Tenor Cap. I. instructionum Federici Regis.

FEDERICVS Dei gratia Rex Siciliæ, Hierusalem, &c. QVAE bene acta sunt à Serenissimis Regibus prędecessoribus nostris huius Regni, laudamus, imitamurque libenter. Verum quia multa & varia emergunt in dies, mutanturq. per tempora, quæ Reges & Principes ad nouos ritus, nouasque leges instituendas hortantut & monent, est maximè conueniens, immo oportet, ne dum ea quæ à nostris prædecessoribus bene acta sunt laudare probareque, sed pro cõmuni beneficio, ac bene gerendis dirigendisque rebus nostris nouas condere leges, & instituere, easque veteribus & antiquis optime institutis adijcere: Est enim maxime prudentiæ ea adinuenire & instituere, quæ in commune beneficium, iurium nostrorum conseruationem sine alterius iniuria manifeste sint cessura: ob eamq. rem cum rebus nostris, vt optime dirigerentur, regerenturque, consulendum necessario videretur, aliquos nouos ritus & ordinationes præter antiquas iam probatas maturo consilio pro Pragmatica & edictali lege

in hoc

in hoc Regno & Camera nostra Summariæ perpetuo obseruandas instituimus, vt in quibusdã Capitulis subscriptis suo ordine cõtinetur.

Ordinationes, iussa, & mandata Regiæ Maiestatis Serenissimi Domini Don Federici de Aragonia Dei gratia Excellentissimi Regis Siciliæ, Hierusalem, &c. Seruanda in hoc Regno, & Regia Camara Summariæ.

PRIMO Locumtenens Magni Camerarij Regni huius Siciliæ, Præsidentes & Rationales Regiæ Cameræ Summarsæ, qui sunt, fuerintque pro tempore, omnibus diebus negotiationis in Camera Summariæ adesse debeãt mane & vesperi horis debitis in locis eorum ad negotiandum, & ea omnia agendum quæ opportuna fuerint & necessaria pro Regiæ Curiæ seruitio. Idque officialibus ipsis prædictum sit, annotatumq. in Libro notamenti per notatorem ipsius Cameræ.

Officiales Cameræ de mane et sero accedãt ad negotia fisci tractanda.

Tenor Cap. 11. instructionum Cæs. Maiestatis.

ITEM vt negotia nostræ Curiæ & causæ in dicta Camera vertentes quam celerius fieri poterit expediantur, mandamus quod Locumtenens & Præsidentes ac Rationales permaneant die qualibet iuridica mane tribus horis, nisi ipsum Locumtenentem oportuerit interesse in dicto Colleterali Concilio, in quo volumus ipsum adesse, quoties videbitur expedire: Et in die Lunæ, Martis, Iouis, & Veneris, tam de mane, quam de sero, non agitentur, nec discutiantur alia negotia, nisi fiscum tangentia, ac principaliter attendant ad expeditionem & liquidationem computorum, nec dicantur per aliquem dicto Locumtenenti & præsidentibus, nomine alicuius aliqua alia negotia, nec petatur licentia per quemcumque aliquem intromitti, die vero Mercurij & Sabbati intendant tam de mane quam de sero ad expediẽdum negotia priuatorum & particularium personarum, quæ diligẽter expediant, sicut alijs præfatis diebus negotia nostra mandamus expediri, & id tenaciter ac diligenter obseruent, prout expedit celeri administrationi iustitiæ.

Die Mercurij, et Sabbati in camera priuatorum negotia tractentur, ceteris uero diebus fiscalia.

PRAGMATICA VI.

ATTENDENTES etiam perniciosissimi exempli cẽsendum esse Locumtenentis & Præsidentium congregationem alibi fieri quam in eadem Regia Camera, & alibi quam in ea eos negotia tractare & decidere, firmiter hoc inhibendo, mandamus seruari secundum Capitulum instructionum dicti Serenissimi Federici Regis, non obstante eo quod circa congregationem præfatã aliter dispositum fuerit in Capitulo primo Instructionum dicti Caroli Imperatoris, quod quidem vsu receptum non fuit, prout nos vsu recipi mandamus.

Tenor

Tenor prædicti Cap. II. instructionum Federici.

Causæ omnes decidantur in plena banca per officiales Cameræ, et non alibi.

ITEM ordinat & iubet Regia Maiestas causas omnes decidendas, & terminandas, prouisionesque alias faciendas pro Regia Curia, eiusque seruitio, per Locumtenentem & Præsidentes Cameræ, terminati, decidi, & prouideri debere in Bancha ipsius Cameræ, & non in alio loco intra vel extra Cameram, quodque ab ipsis Locumtenente & Præsidentibus decisum, terminatum, prouisumque fuerit, notari, scribi, seu notamentum fieri debeat per Notatorem deputatum in Cameta in Libro notamentorum diligentissime, vel per Rationales Cameræ, iuxta ordinem & stilum ipsius obseruatum.

PRAGMATICA VII.

QVIA hæsitari posset quod Locumtenens in causarum decisionibus admittere possit Rationales ad votãdum vigore Cap. tertij instructionum Federici Regis, & secundi instructionum Cęs. Maiestatis, quorum tenor hic sequitur.

Tenor Cap. III. instructionum Federici Regis.

Votis quandoq. adhibeantur rationales.

ITEM mandat & ordinat Regia Maiestas, quod in causis decidẽdis, debeant votare Pręsidentes, & si opus exegerit, adhibeantur Rationales, & demum causę ipsę per Locumtenentem, iuxta vota præfatorum & non aliter terminentur & decidantur.

Tenor Cap. II. instructionum Cæs. Maiestatis.

Rationales in computis videndis tãtũ deseruiãt et quandoq. ad aliquod dubium explanandum.

ITEM volumus & mandamus, quod in causis decidendis votare debeat Locumtenens & Præsidentes, & si opus fuerit, possit Locumtenens adhibere Rationales, prout negotij & causę merita exegerunt, & iuxta vota maioris partis concludere & terminare, ac iustitiam facere æqua lance, prout hactenus extitit consuetum.

HOC quidem nec vsu receptum fuisse dicimus, nec rectę administrationi iustitię conuenire, sed longo vsu cõsuetum esse accepimus, Rationales computa eis commissa referentes dubia in Bancha proponere, in quibus decidendis eiusdem rationalis tantum referentis, & & demum Præsidentium exquiri vota & non aliorum, & secundum maioris partis sententiam, dubia deciduntur ac determinantur, quẽ vsum velut rectę administrationi iustitiæ conuenientem approbantes, decernimus ac declaramus, pręfata præinserta Capitula secundum morem ac vsum pręfatum intelligi debere: Ita quod quilibet Rationalis in dubijs in computis sibi commissis occurrentibus votare habeat in Bancha, postquam Præsidentes suo ordine eorum declarent, & aliorum Rationalium vota non exquirantur, nec admittãtur, sed si Locumtenenti & Præsidentibus ob aliquod dubium videretur se informari debere ab aliquibus Rationalibus, id fieri possit, non tamen eorum vota inter alios votantes computentur.

PRAG

PRAGMATICA VIII.

QVANDO contingeret Locumtenẽtem à dicto Regiæ Cameræ Tribunali absentem esse, quid agendum sit, prouisum esse cõperimus per Serenissimum Regem Federicum in 4. Cap. suarum instructionum, & per Cæs. Maiestatem in 5. & 6. quorum tenor talis est.

Tenor Cap. IIII. instructionum Federici Regis.

ITEM casu quo Locumtenens nõ posset personaliter singulis diebus & horis in dicta Camera adesse per indispositionem suæ personæ, aut propter alia negotia apud Regiam Maiestatem, seu occupatus ad alia magis negotia concurrentia statum eiusdem Regiæ Maiestatis, vel quacumque alia causa ordinat & mandat dicta Regia Maiestas, quod omnes Præsidentes dictæ Regiæ Cameræ simul existentes in Bancha, vel casu quo vnus vel aliquis ex eis nõ adesset in Bancha, vna cum alijs possit & debeat absente dicto Locumtenentem decidere & terminare causas decidendas in Bancha non secus, ac si adesset, præsensque esset idem Locumtenens, cui adiumenti postea per notatorẽ Cameræ dari debeat notitia eorũ quæ ab ipsis Præsidentibus sic actitata & prouisa fuerint in absentia ipsius Locumtenentis & casu præfato vnus ex Præsidentibus exerceat officium Locumtenentis in eius absentia, cum auctoritate subscribendi in prouisionibus & literis necessarijs, quæ à Regia Camera emanauerint, easque libera auctoritate signandi, habeantque & obtineant prouisiones & literæ ipsæ, vim & vigorem plenissimam, si vero absentia ipsius Locumtenentis esset per dies multos, aut per mensem vel per hebdomadas, licet vni ex eisdem Præsidentibus alternatim per hebdomadam officium Locumtenentis exercere, causasque omnes emergentes in Bancha terminare & decidere, absentia dicti Locumtenentis non obstante, sententijs dumtaxat diffinitiuis exceptis, quæ nullo pacto celebrari, aut fieri possint absque præsentia Locumtenentis.

Locũtenente absente possunt cæteri presidẽtes causas decidere, & durante longa absentia alternatim hebdomadã officium locumtenẽtis exerceant h. d. cum seq.

Tenor Cap. V. instructionum Cæs. Maiestatis.

ITEM mandamus vt die iuridica dictæ Cameræ, qua Locumtenens personaliter singulis horis statutis in dicta Camera adesse nõ posset aliqua de causa, præsertim quia oportet interesse in Concilio Collaterali præsidẽtes eiusdem Cameræ omnibus horis deputatis adesse debeant in Bancha, & omnes, aut pro maiori parte simul existentes in ipsa Bancha, possint & debeant in absentia dicti Locumtenentis referre, & conferre, ac votare de quibus ante decisionem, fiat relatio ipsi Locumtenenti, vt possit quæ sibi occurrent pro recta administratione iustitiæ, & pro bono statu & seruitio nostro cum dictis Præsidentibus conferre sine mora & dilatione, taliter quod iustitia non retardetur nec impediatur.

Tenor

Tenor Cap. VI. instructionum Cæs. Maiestatis.

ITEM mandamus quod si aliquando contigerit Locumtenentem abesse à Ciuitate Neap. vbi Camera regitur vltra dies octo, tunc vnus ex Præsidentibus dictæ Cameræ alternatim per hebdomadam officium Locumtenentis eis absentia perdurante, debeat exercere cũ facultate & auctoritate se subscribendi in prouisionibus, mandatis, litteris executorialibus, priuilegijs, & alijs necessarijs, quæ à Regia Curia Neap existente, seu a Camera emanauerint, & cum plena auctoritate eas signandi quæ habeant & obtineant vim, robur, locum & effectum plenissimum in iudicijs & extra, ac si cum Locumtenentis subscriptione expeditæ & expedita essent, diffinitiuis sententijs dũtaxat exceptis, quæ nullo pacto publicari posit, absque ipsius Locũtenentis pręsentia, nisi eiusdem Locumtenentis absentia durauerit vltra quindecim dies, vel nisi res de sui natura exegerit celeritatem, aut sine incommodo vel scandalo differri non posset.

QVAS quidem instructiones seruari iussimus, hoc tantum declarantes aut corrigentes, quod in diffinitionis sententijs promulgandis, quæ absente Locumtenente prædicto per Pręsidentes votatæ fuerint, seruetur omnino Illust. quondam Don Petri à Toleto, tunc huius Regni Vice Regis Prag. disponens sententiam votata causa, infra viginti quatuor horarum spatium publicari debere, Locumtenentis absentia non obstante, remotis ambiguis ac impedimentis quæ oriri poterant ex contentis in præinsertis 5. & 6. Capitulis instructionum eiusdem Caroli Imperatoris, cuius quidem Prag. tenor talis est.

Tenor Prag. Illust. Pro Regis talis est.

In causis votatis die sequenti proferatur sententia.

CAROLVS *Quintus &c.* Considerando noi, che compie al seruitio della Cesarea Maestà, & alla buona administratione della giustitia, & per euitare alcuni inconuenienti, acciò che tutte le cause, le quali si agitano in qualsiuoglia Regio Tribunale, & signanter in quesso Tribunale, si habbiano da spedire con diligentia & senza dilatione, per tenor di questo nostro ordine ve dicemo & ordiniamo che in tutte le cause ch'in quesso Tribunale occorreno, votate che sarãno vn dì, l'altro giorno seguente le debbiate sententiare senza dilatione, & interuallo, & cosi esequirete & non altrimente, perche, come è detto, cosi compie al seruitio & volontà di sua Maestà, non facendo altramente per quanto desiate seruire & vbidire à sua Maestà. Datum in Ciuitate Neap. die 24 Nouembris 1537. Post datum, quando il detto dì sequente fosse feriato, lo reseruareti per lo primo de negotij, Datum vt supra. Don Petro de Toledo. V. Decolle Regens. V. Figueroa Regens. V. Loffredus Regens. Martiranus Secretarius.

PRAG-

PRAGMATICA IX.

ITEM statuimus, mandamus, & declaramus per dictam Regiam Cameram compositiones etiam per viam transactionis fieri non posse, quando pœna vel interceptum excederet summam ducatorum quingentorum, nisi facta prius relatione Illust. Vice Regi, qui pro tempore fuerit in Collaterali Concilio.

Non fiat cõpositio per uiam transactionis in interceptis duca. 500. nisi de ordine Pro Regis.

PRAGMATICA X.

ET quamuis rationabiliter credamus neminem pecuniarum Administratorem ita morosum fuisse, vt hucusque suæ villicationis rationem non reddiderit, attamen, vt omnia prudenter prouisa sint, volumus atq. iubemus seruari sextum Capitulum instructionum Federici Regis, & decimum instructionum Caroli Imperatoris, continentiæ subsequentis.

Tenor Cap VI. super instructiones Federici Regis.

ITEM administrator pecuniarum, & rerum aliarum quarumuis Regiæ Curiæ quisq. fuerit qui pro tempore præterito computa suæ administrationis non produxerit, reddiderit, nec liquidauerit in Camera Summariæ per eandem ad litteras suas, statim sine dilatione cogatur & compellatur ad presentandum dicta computa, & de eis reddendum debitam rationem in Camera, infra terminum statuendum per dictam Cameram, & eidem bene visum. qui quidem Administrator si contradixerit, aut dicto audiens non fuerit modo iusta & honesta causa non adfuerit elapso termino eidem Administratori indicto ab officio suspendatur & amoueatur, amoueriq. & suspendi, pœnaq. eidem Administratori indicta ac declarata per dictam Cameram inremissibiliter exigi debeat, de quibus omnibus per Cameram certior reddi debeat dicta Regia Maiestas vt certiorata de idoneo & sufficienti Administratore ad officium sui exercitij valeat prouidere.

Non reddẽs cõputum suspẽdatur ab officio. h. d. cum seq.

Tenor Cap. X. instructionum Caroli Imperatoris.

ITEM Administratores pecuniarum & rerum aliarum quarumuis nostræ Curiæ, cuiuscumque status, gradus, & dignitatis extiterint, & quiuis fuerint, qui pro tempore præterito computa suæ administrationis non produxerint, reddiderint, seu liquidauerint in eadem Camera per eadem Cameram ad suas litteras, statim sine dilatione cogantur & compellantur ad dicta computa præstanda, vt de eorum administratione, ac perceptis habitis, solutis, traditis, assignatis, expensis, & restitutis, ac liberatis, debitam rationem in dicta Camera reddant infra terminum congruum per eandem statuendum, & eisdem beneuisum, qui quidem Administratores si contradixerint, aut non obediuerint, si modo iusta & honesta causa nõ abfuerit elapso termino prædicto ab officijs eorum suspendantur & suspendi vo-

lumus

lumus, nec non pœnam per dictam Cameram declarandam inremissibiliter exigi. & certior statim reddi debeat per eandem Cameram nostra Maiestas, vt de idoneo & sufficienti viro ad dicti officij exercitiũ valeat prouidere.

PRAGMATICA XI.

EXPEDIRE cognouimus bonæ ac celeri iustitiæ administrationi decimum tertium Capitulum dicti Federici Regis instructionum, ideo illud seruari iubemus, & hic inseri mandamus.

Tenor Cap. XIII. instructionum Federici Regis.

Præsidentes in prouisionibus locum tenẽte absente possunt se subscribere nōe illius.

ITEM quia pluries euenit Locumtenentem non adesse personaliter in Bancha in dicta Camera, propter quam absentiam Rationalis, & Scribæ dictæ Regiæ Cameræ Summariæ expediri & assignari facere non valent prouisiones & litteras necessarias pro Regio seruitio, ordinat & mandat dicta Regia Maiestas; quod Præsidentes dictæ Cameræ, qui aderint & præsentes fuerint in Bancha, possint & valeant, auctoritate & vigore præsentis Capituli, nullo alio à Regia Maiestate expectato mãdato, signare dictas prouisiones & litteras, in eisdemq. manus apponere, & se subscribere, vice & loco magni Camerarij, prout antiquitus extitit obseruatum in dicta Camera, & non obstante quod in præsentia non sit in obseruantia, quam subscriptionem, vt prædicitur, faciat & facere possit & valeat ille ex Pręsidentibus qui tũc fuerit hebdomadarius in absentia dicti Locumtenentis.

PRAGMATICA XII.

NEMO est, qui nesciat principale onus, cui Locũtenens & Præsidentes Regiæ Camerę incumbere debent, esse in computorum solerti examinatione, ac ceterorum negotiorum, quæ Regium patrimonium tangunt, expeditione, Ideo omnino seruari iubemus decimum quintum Capitulum instructionum dicti Serenissimi Regis, ac 26. Caroli Imperatoris quæ ita inuiolabiliter obseruẽt, quod nullo quęsito colore causę, quę fisci interesse non tangunt, in eadem Regia Camera tractari possint.

Tenor Cap. XV. instructionum Federici Regis.

Regia Camera cognoscat de causis fiscum tangentibus.

ITEM vt Regia Camera Summariæ commodius & maiori diligẽtia vacare & attendere possit, circa examinationem computorum Regiæ Curię & negotiorum eius, ordinat, & iubet dicta Regia Maiestas Cameram ipsam Summarię, eiusque officiales non posse, nec debere cognoscere causas inter priuatas personas, sed inter fiscum & priuatas personas dumtaxat, & in causis spectantibus & pertinentibus ad eandem Cameram Summarię, iuxta ritum illius iam obseruatum.

Tenor

Tenor Cap. XXVI. Instructionum Caroli Quinti Imperatoris.

ITEM cum de iure fiscum laudatus in iuditio aut comparens pro interesse Curię in causis cœptis, tam in nostro Regali Concilio Sanctę Clarę, quam in alijs quibusuis Tribunalibus & Magistratibus Regni maioribus seu minoribus hactenus obtinuerit, quod tales causę remittantur ad dictam Cameram, ad quam spectat tamquam proprium Iudicem rerum fiscalium, & in qua prę ceteris Magistratibus habetur plena notitia de iuribus nostri fisci, & nuper fuerit, sicut accepimus, dubitatum, an quoties dictum Consilium Sanctę Clarę, aut illius Iudex cognoscit seu procedit inter partes priuatas ex nostro rescripto, aut speciali mandato & commissione, seu memoriali, ac delegatione, nulla facta mentione de fisco, fiscus ipse laudatus in ius vocatus, aut comparens pro interesse nostrę Curię in eadem causa debeat, & causa ipsa fisco petente & id requirente, ad dictam Cameram remitti, hanc dubitationem tollentes, decernimus & declaramus huiusmodi litem seu lites & causas, quantumcumque specialiter quo ad priuatos nostro rescripto commissas & delegatas, expressam tamē de fisco mentionem non faciētes pariter debere remitti ad ipsam Cameram, sicut remittuntur aliæ causę pendentes, de quibus dictum Consilium aut alius Magistratus ordinario iure cognoscit, nisi specialiter in rescriptis aut memorialibus nostris fiat mentio de fisco, & pręsenti ordinationi fuerit expresse derogatum.

Fiscus laudatus petat remissionē ad Regiam Cameram.

PRAGMATICA XIII.

ET quia audiuimus tam Serenissimis Regibus, quam Illust. Vice Regibus semper cordi fuisse in dicta Regia Camera non alia negotia ventilari, quam ea, quæ Regium patrimonium tangunt, & ob id pro prædictarum Pragmaticarum & instructionum obseruatione emanatas fuisse prouisiones sub huiusmodi sequenti serie, ideo illas omnino seruari iubemus atque mandamus, hoc tamen declarato quod computa relata & declarata & liquidata sint infra tempus inferius adsignandum.

Tenor dictarum prouisionum talis est.

CAROLVS *Quintus, &c.* Perche la Maestà Cesarea n'hà mandato che ordinamo, che questa Regia Camera hal bia da attendere alla visione & determinatione de Computi delli Regij Administratori pecuniarij, & nelle cause del suo Regio patrimonio, & che nō se intrometta in causa de priuati & particulari, per questo ve ordiniamo & comandiamo, che per questa Regia Camera della Summaria se habbia da attendere alla espeditione de conti & causæ del Regio fisco, & nō intertenersi per attendere alie cause de particulari, alle quali si può supplicare per gli altri Regij Tribunali, per questo vogliamo, &

Causę Regiū Fiscum tangētes una cū eme gentibus tractentur in Regia Camera.

con la presente ve diciamo & ordiniamo . che tutte le cause che sono & verteno in questa Regia Camera tra priuati & particulari, d bbiate remetterle al Sacro Regio Conseglio di Santa Chiara, & il simile osseruare e nelle cause mouende, & vogliamo che questa Regia Camera alla quale principalmente spetta la conseruatione del Regio patrimonio, & nella quale la Maestà Cesarea tiene molta confidanza, com'è raggione, conosca tutte le cause spettanti alla Reg a Corte, che sono & saranno trà il Regio fisco . & altra parte, & che ancora quelle cause nelle quali il Regio fisco fosse obligato *expresse de euictione*, l'interesse del quale chiaramente si verte, si vedano & determinano in questa Regia Camera: Et perche nelle inuestiture de feudi si verte l'interesse del Regio fisco, & in essi si hà d'hauer notitia delli Priuilegij, & diuersi Capitoli, & della fideltà del Barone & feudatario defunto & del successore, il quale in questa Camera denuntia la morte del suo predecessore, & si hà da dichiarare la quantità del releuio: Vogliamo ancora, che per questa Regia Camera si vedano, e determinino come per l'adietro si è costumato: E più vogliamo che se in alcuna di dette cause *vt supra* conoscende per detta Camera emergesse, ò *incidenter* occorresse elcun'altra cosa, quella per questa Regia Camera si habbia à giudicare per non diuidere la continentia della causa: E quando fosse offesa la Camera ch'è tanto supremo Tribunale, quella non habbia à rimetterlo ad altro Tribunale aspettare il rimedio, & quanto alle cause de gli officiali di questa Camera & altri Administratori dependenti da essa, liquali pretendono le cause proprie douerle vedere per questa Camera, & ad essa douersi remettere, vi ordiniamo che n'auisati delle pendenti, & *suo tempore* delle mouende, perche in ciascheduna d'esse m ndaremo do e s'haurà da litigare: Et perche li negotij del Regio patrimonio sono molti & grandi, & ciaschedun'anno si renouano, & è espediente della Regia Corte, & seruitio della Maestà Cesarea, che non se inculcheno, ma che in fine di ciascheduno anno siano dispediti li conti di quell'anno, & non resti vedersi vn'anno cosa dell'altro pass to, acciò che possiate vsar la diligentia debita, ve ordiniamo che d'hora auanti non guardiati in questa Camera altre feste nè ferie, si non quelle che si à ordinato, che guardi & osserui il detto Sacro Conseglio: Et perche la volontà della Maestà Cesarea è, che questa Regia Camera si regga con la debita auttorità & riuerentia di tutti i sudditi di sua Maestà in questo Regno, Vogliamo, & così ordiniamo al magnifico Regente la gran Corte della Vicaria, Audientie del Regno, & C pitani di guardia di questa Magnifica & fidelissima Città, che circa la essecutione delle cose per questa Regia Camera determinate & ordinate in tutto quello che spetta al vostro officio, come di sopra è ordinato, vi assistano & prestino il loro

braccio, accio che questo Tribunale in tutte le cose di sua administratione & giurisdittione habbia l'integra & debita obedientia, si come per antiquo ordine delli Serenissimi Re di questo Regno, predecessori di sua Maestà. & per lo Serenissimo Re Catholico d'immortal memoria, & per essa Cesarea Maestà stà ordinato, che tal'è nostra volontà. *Datum in Castello nouo Neap. die 22. Ianuarij. 1533.*
Don Pedro de Toledo. Vidit Decolle Regens. Vidit Loffredus Regens. Vidit Muscettula Regens. Vidit Figueroa Regens. Berardinus Martiranus Secretarius.

PRAGMATICA XIIII.

MANDAMVS insuper prædicta consideratione moti seruari ordinem alias expeditũ in anno 1547. circa appellationes quas in criminalibus causis à curia artis serici ad eãdem Regiam Cameram interponi solitum erat, Addentes appellationes etiam in ciuilibus causis, à dicta Curia interponendis, minime de cetero in dicta Regia Camera introduci, sed appellantes alia adire Tribunalia, exceptis tamen illis causis, in quibus de male commissis, vel non bene peractis in arte prædicta tractaretur, quas per eãdem Regiam Cameram prout hactenus seruatum est congnosci volumus.

Appellationes criminales à Curia artis serici recipiantur in mag. Cur. & nõ in Regia Camera, et ciuiles ad alia tribunalia, prẹter de rebus male peractis in dicta curia de quib⁹ cognoscat Camera. h. d. cũ seq.

Tenor dicti ordinis talis est.

CAROLVS *Quintus Romanorum Imperator semper Augustus. Rex Germaniæ, &c.* Hauendo per esperientia conosciuto, che molto meglio si vedeno & trattano le cause criminali nella gran Corte della Vicaria che in altro Tribunale, per questo vogliamo, che l'appellationi delle cause ctiminali dell'arte della seta, vadano al detto Tribunale della gran Corte, & in quello se habbia da trattare & determinare, & ve diciamo & ordiniamo che da quì auanti non ve habbiate da intromettere, nè impacciare in dette appellationi di cause criminali dell'arte predetta della seta, ma le lassarete conoscere, & trattare in detta gran Corte della Vicaria, & cosi essequirete, che tal'è nostra volontà, non facendo altramente per quanto amate la gratia & seruitio delle prefate Maestà. *Datum Puteolis die 21. Februarij 1547.*
Don Petro de Toledo. V. Decolle Regens. V. Loffredus Regens. Vidit Martialis Regens. Martiranus Secretarius.

PRAGMATICA XV.

CVMQVE multoties acciderit ad nostras aures peruenire querellas Vniuersitatum rationem eis reddi appetẽtium ab his qui earundem negotia atque compendia administrarunt, nos vt facilis expeditio fiat, illarum petitiones Regiæ Cameræ committere consueuimus, sed hominum malitia ministrante compertum est in dictorum computorum liquidatione ac successiua executione nonnullas oriri

Cõputa Administrantiũ pecuniã vniuersitatum possint diri mi ab vno

ex Præsidentibus Regiæ Cameræ habita relatione à Rationalibus.

altercationes, quæ si omnes communicato examine Locumtenentis & Præsidentium expediri deberent, non parum temporis Tribunalium, dictá à principali diuertendo instituto, consumeret; Ideo Vniuersitatibus prædictis in præsenti casu consulentes, & huic malo obuiantes, statuimus cum prædicta euenerint, posse illum Præsidētem cui causa commissa fuerit nomine Regio terminare, & ad executionem procedere, habita à Rationali in his quæ computa discussionem requirunt relatione, nisi ob importantiam ac difficultatem emergētis dubij aliter videretur, & hoc tam in pendentibus quam futuris negotijs seruari mandamus.

PRAGMATICA XVI.

In causis fiscum tangētibus audiatur fiscus.

VOLVMVS etiam seruari decimum septimum Capitulū instructionum dicti Federici Regis tenoris sequentis.

ITEM mandat Regia Maiestas, quod in causis in quibus tangitur interesse Regij fisci, non possit aliquo modo procedi nō requisito Aduocato seu Procuratore Regij fisci, in quibus causis idem Aduocatus seu Patronus Regij fisci semel, bis, & iterum audiri debeat.

PRAGMATICA XVII.

SERVANDAS etiam esse volumus atque mandamus instructiones dicti Serenissimi Regis in decimo nono, ac vigesimo Capitulis earundem instructionum notatas, ac sub serie.

Tenor Cap. XIX. super instructionum Federici Regis.

Officiales Cameræ mercaturas nō exerceant.

ITEM vetat & prohibet omnino Regia Maiestas homines & officiales quoscumq. dictæ Regiæ Cameræ Summariæ posse aut debere exercere mercaturam, aut industriam aliquam, aut participare seu partem aliquam habere & percipere in arrendamentis, negotiationibus, seu partitis faciendis cum Regia Curia directe nec indirecte cum Administrationibus pecuniarum Regiæ Curiæ aut aliquo ipsorum, sub pœna & ad pœnam priuationis eorum officiorum, & alia grauiori reseruata ad arbitrium Regiæ Maiestatis.

Tenor Cap. XX.

ITEM pari modo eadem Regia Maiestas probibet & vetat Præsidentes & Rationales dictæ Cameræ Summariæ posse aut debere capere pretium, donum, aut solutionem aliquam pro causis & computis examinandis & discutiendis per Bancham dictæ Cameræ, sub pœna & ad pœnam priuitionis eorum officiorum, & alia grauiori, reseruata arbitrio dictæ Regiæ Maiestatis.

PRAGMATICA XVIII.

Officiales Cameræ dilige-

DECLARANDVM duximus tertium Capitulum instructionū dicti gloriosissimi Imperatoris, cuius verba hæc sunt.

ITEM

Item mandamus quod Locumtenens simul cum Præsidentibus diligenter attendant in recognoscendis informationibus & processibus vndiq. prouenientibus agitatis & petentibus in dicta Camera indecisis & alijs omnibus, quas & quos de nouo capi seu agitari vel transmitti aut deuolui contigerit in dicta Camera, ipsasque informationes & processus pro faciliori expeditione committat ipsis Præsidētibus & Rationalibus, quibus conuenit æqualiter inter eos diuidendo, vt referant certa die per ipsum statuenda: Et in relatione vnusquisq. per ordinem habeat diem suum, sicque decidenda decidant, & prouidenda prouideant, vt omnia sine debito terminentur: Et quo ad commissiones informationum faciendas Ratiōnalibus, intelligatur de illis informationibus, quæ pro releuiorum, siue adhoarum liquidatione captæ sunt, aut ex computorum discussione capiuntur, quæ quidem Rationalibus committi possint, & cum tali declaratione dictum Capitulum seruari mandamus.

ter incūbant expediendis processibus, & liquidationes adhoarum & releuiorū fiant per rationales.

PRAGMATICA XIX.

Statuimus etiam earundem Caroli Imperatoris instructionum, hæc seruari Capitula, quartum, videlicet, octauum, nonum, decimum nonum, vigesimum primum, vigesimum tertium, vigesimum quartum, & vigesimum quintum. Hoc addentes circa decimum nonum Capitulum, quod in præsentatis quæ de cetero fient scripturarum ceterarumq. petitionum vltra diem præsentationis earundem, nomen atque cognomen præsentantis apponantur.

Tenor Cap. IIII. instructionum Caroli Imperatoris.

Similiter præcipimus assignari, Rationalibus ipsis prius auditis, diem certam, in qua eorum quilibet, debeat vnumquodq. cōputum eis commissum in Bācha referre, dummodo terminum infra per nos præfigendum ad ipsorum computorum expeditionem non excedat: quem præterire non liceat, vt sic diligentius curēt ipsorum computorum expeditionem perficere.

Assignetur dies certa rationalibus ī computis referendis.

Tenor Cap. VIII. instructionum Caroli Imperatoris.

Item ordinamus & mandamus, quod in Camera Residentiæ Locumtenentis & Pręsidentium nulli liceat ingredi sine ipsorum Locūtenentis & Præsidentium licentia, tempore quo Camera tribunaliter per eos regitur, ne impediantur negotia nostræ Cameræ.

Tenor Cap. IX.

Item mādamus quod computa officialium & Ministrorum nostræ Curiæ, quæ exibentur in Camera committantur per Locumtenentem in Bancha dictæ Cameræ Rationalibus, & non alibi, & quod de eis & eorum commissione & assignatione facienda, fiat notamentū per notatorem prout fieri consuetum, necnon per Magistrum actorum dictæ Cameræ in registro separato, prout hactenus consueuit,

Fiat notamētum de commissione cōputorum faciēda Rationalib. in ...

ca per notatorē & magistrū actorū, ut de eorum assignatione habeatur notitia.

vt de præsentatione, commissione, & assignatione ipsorum habeatur certa notitia. Qui notator & Magister actorum, necnon fisci Procurator teneantur & debeant singulis diebus certiorem facere Locumtenentem & Præsidentem de computis, quæ fortasse in termino infra statuto per ministros non fuerint præsentatæ, vt debite prouideatur indemnitati nostræ Regiæ Curiæ, nec desistant donec fuerit prouisum,

Tenor Cap. XIX.

Compilētur processus, et facta conclusione consignētur actorū magistro.

ITEM mandamus ꝙ Magister actorum & Scribæ ordinarij dictę Cameræ debeant ordinare & compilare processus fabricandos in eadem Camera: Ita tamen ꝙ dicti processus committantur æqualiter, vt omnes ex dictis Scribis participent tam de lucro quam de onere: Et postquam processus fuerint conclusi, debeant consignari dicto actorum Magistro, qui illos fideliter & diligenter debeat conseruare: Et si quid emolumenti ex inde euenerit, quod ad Scribam qui processum confecit de consuetudine & stilo dictę Camerę pertineat, prefatus Magister actorum diligenter ptocuret quod ad ipsum Scribā perueniat, donec in seruitijs Camerę perseuerauerit, & non aliter.

Tenor Cap. XXI.

Limitetur numerꝰ Scribarum.

ITEM mādamus quod Scribæ dictæ Cameræ ad arbitrium Illust. Vice Regis & dicti Locumtenentis reducantur ad certum numerum, vt habilius ex inde viuere possint, ac euitentur in conuenientia, quæ multitudo sæpe parere solet, ne multitudo generet confusionem, de quibus volumus eligi per Illust. Vice Regem nostrum cum Consilio Locumtenentis Rationalis in locum eorum, quos deinceps vacare contigerit.

Tener Cap. XXIII.

Scripturę Cameræ non ostendantur alicui.

ITEM mandamus quod nullus omnino officialis aut minister dictæ Cameræ seu alius quiuis & præsertim dicti Rationales, Magister actorum & Scribæ & conseruator scripturarum audeant de scripturis dictæ Regiæ Cameræ alicui aliquam ostendere, seu publicare, vel à dicta Regia Camera extrahere originalem, nec copiam quamcumque alicui dare absque dicti Locumtenentis, vel eius qui eius vices gesserit licentia: cum nō sit conueniens quod scripturę Cameræ præsentatæ inconsulte publicentur sub pœna sui salarij, & priuationis officij, arbitrio Maiestatis nostræ.

Tenor Cap XXIIII.

Non integrum, et mēdosum.

ITEM, similiter mandamus & ordinamus quod quoties vacare contigerit Presidentes Laicos dictę Cameræ, Vice Rex cum consilio Locumtenentis dictæ Cameræ, ex quibus nos vnum eligimus, cum id magis ab ipsorum Rationalium experientiam seruitio nostro conuenire videatur.

Tenor

Tenor Cap. XXV.

ITEM decernimus & statuimus, quod quoties contigerit vacare officia Rationalium, siue per cessum, aut decessum, seu alio quouis modo debeant talia officia conferri Scribis dictæ Cameræ idoneis, de numerarijs seruitoribus actu seruientibus in dicta Camera, Ita quod loco vnius Rationalis defuncti, nominentur tres ex dictis Scribis per Vice Regem cum Consilio Locumtenentis, exclusis alijs quibuscumq. personis ex quibus nos vnum eligere valeamus, & similiter decernimus & obseruari volumus de officijs Scribarum ordinariorũ, qui à nostra Curia salarium in dicta Camera recipiunt, vt succedente casu vacationis, debeant modo præfato cõferri alijs Scribis idoneis actu seruientibus, & de numerarijs dictæ Cameræ, & non alijs.

Vacante officio rationalium scribæ idonei ad id deputentur.

PRAGMATICA XX.

ADVERTENTES insuper satis expedire rectæ administrationi iustitiæ, ac Regio seruitio, si causarum in quibus Regius fiscus sua iura prosequitur, semper ab his, quæ noua perquisitione Cath. Regis, vel eius pro tempore ViceRegis pateat, illorumque cursus non quiescat, & debitum finem accipiant, quod vix fieri posse cognoscimus si omnes in vnum non annotentur, cum omnium tenere memoriam natura impossibile sit, statuimus & mandamus Librum omnino fieri per Magistrum actorum dictæ Cameræ, in quo causæ omnes pendentes, in quibus fiscus actoris vices substinent ac pariter futuræ, in quibus fiscus aget, annotari debeant vna cum annotatione Commissariorum quibus commissæ sunt, ac Scribarũ seu Actuariorum qui illas agunt, qui Liber per fisci Aduocatum conseruetur, & tam per eundem fisci Aduocatum, quam procuratorem, solerti qua decet sollicitudine adhibita percurratur, vt ad earundem causarum expeditionem, prout illarum qualitas ac temporum opportunitas exegerint, peruenire possit necessitate imminenti actorum Magistro dictæ Regiæ Cameræ, quam primum ipse annotauerit commissionem per Locumtenentem faciendam, illam eadem in Libro præfato transcribendi. quem Librum bis in mense in Bancha Regię Cameræ, Locumtenente & Præsidentibus, Aduocato & Procuratori fisci assistentibus visitari iubemus, vt inde videatur quid pro illarum expeditione fieri oporteat. & vt eadem notitia semper per Locumtenentem habeatur, mandamus ciuilem Librum per Locumtenentem teneri, cuius Libri visitationem præfatam fisci Aduocatus diligenter procuret: Et quolibet mense, die Sabbati vltimi cuiuslibet mensis de statu dictarum causarum, & quid in eis prouisum sit per Regiam Cameram, nobis fiat relatio: Et quilibet videlicet ex Commissarijs statum causarum eis commissarum nobis referant.

Adnotētur processus in quib⁹ fiscus est actor per magistrum actorum, & liber conseruetur per fisci patronũ.

PRAGMATICA XXI.

Informationes oēs conseruentur in arca duabus clauib' clausa & duo cōficiantur Libri.

ITEM mandamus omnes informationes, tam de ordine Regię Camerę captas, quam capiendas, ac ad eandē quomodolibet transmittendas in arca ad id deputanda reponi, sub duabus clauibus clausa, quarum alteram Regij fisci Aduocatus, alteram vero Magister actorum retineat, quarum informationum duo conficiantur Libri, quorum vnus sit penes fisci Procuratorem, alius pariter per actorum Magistrum conseruetur, quę cum fuerint Pręsidentibus commissę, in Libris pręfatis annotentur, & cum super eis esse procedendum fuerit decretum, tunc in Libro causarum, quem supra statuimus, annotentur, & in dictis Libris informationum aunotetur nomen illius, qui in tali casu Scriba deputatus erit, taliter declarantes Cap. 20. instructionum Caroli Imp. in ceteris autem omnibus pręfatum Cap. 20. seruari mandamus, quod est tenoris sequentis.

Tenor Cap. XX. instructionum Caroli Imperatoris.

In processib' adnotetur numerus cartarum, et de quib. negotijs tractent cum appositione noīum & cognominū notentur in registro.

ITEM mandamus q̄ dictus Magister actorum in vnoquoque processu concluso siue agitato in Camera, siue deuoluto per viam appellationis debeat manu propria annotare numerum cartarum, in quibus consistit, & similiter in omnibus informationibus tam de mandato Cameræ captis, quam ab alijs magistratibus Regni ad ipsam Cameram transmisis, & processus ac informationes cum distinctione nominum & cognominum, necnon causarum super quibus sunt cōpilati recepti, cum numero ipsarum chartarum describere & annotare in registro seu quinternione separato, & quoties contigerit per Locumtenentem committi Pręsidentibus aut Rationalibus, debeat in alio Quinterno dies in quo transmittuntur annotare, ac nomen & cognomen illius officialis cui transmittuntur, necnon Nuntij per quē apportantur, & similiter annotare diem restitutionis, & per quem fuerint restituti, Ita quod dictus Magister actorum curam & diligentiam adhibeat recuperandi & conseruandi omnes dictos processus, & informationes.

PRAGMATICA XXII.

Notator cōsensum apponat, & Præsidentes in consultis & bilancijs se subscribant, et fiāt in plena banca.

ITEM volumus, atq. iubemus Pragmaticam editam per Cæsareā Maiestatem in anno 1540. circa subscriptionem notatoris in consensu apponendo ac Præsidentium in bilancijs & consultis transmittendis per eandem Regiam Cameram seruari, hoc tantum innouato, quod tam si omnes eiusdem fuerint sententiæ, quam si maior pars in vnam opinionem concordauerit, consensus simpliciter apponatur, prout hactenus seruatum extitit, non autem dicatur consensu maioris partis, ne ex hoc partes vnanimi sententia, vel difformi iudicio vocatas esse causas intelligant, sufficit enim votum cuiuscumque in Libro

bro notamentorum secreto, vt fieri consueuit, describi & conseruari, sed quod non vnanimi sententia negotium decisum fuit in separato folio intus consultationes notentur particulariter vota, ne Regem vel Pro Regem aliquid lateat, firma tamen illa remanente quatenus disponit bilancia & consultationes Regi vel Pro Regi transmittendas à Locumtenente & Pręsidentibus subscribi debere, cuius tenor hic sequitur.

INSVPER pręcipimus & mandamus, vt omnes consultationes quę transmittuntur Maiestati nostrę, aut Pro Regi in Regno nostro expediantur in plena Bancha, cum expresso voto omnium Pręsidentium & Rationalis conficientis illas, & vota notentur in Libro notamentorum, nec aliter in consultis pręfatis, nec etiam in alijs litteris aut prouisionibus intra Regnum transmittendis notetur consensus notamentorum, qui quidem consensus quando nõ est nemine discrepante, sed maioris partis scribatur, videlicet cónsensu maioris partis & non simpliciter, sub pœna priuationis officij sui, pariformiterque bilancia Regni nostri, quę consuetis temporibus prout Vice Rex expostulabit, Maiestati nostrę transmittuntur, cum interuentu omnium Pręsidentium & Rationalium expediantur, & ab omnibus Pręsidentibus tam bilancia, quam consultationes nobis aut Pro Regi nostro transmittendę subscibantur.

PRAGMATICA XXIII.

Procurator fisci, et notator nõ intret dum votantur causæ in banca.

INTER cetera cõtenta in Pragmatica Cæs. Maiestatis, edita die x. Ianuarij 1540. adest Capitulum tenoris qui sequitur, videlicet.

AC etiam pro custodia iustitię, ne vota pandantur, statuimus vt nemo nisi Locumtenens, & Pręsidentes in Bancham intrent. QVAM Pragmaticam declarantes, statuimus, ordinamus, ac declaramus, Aduocatum fisci semper in Tribunali interesse debere, etiá quando causæ discutiuntur, votantur, & deciduntur, Procurator autem fisci, & Notator quando causę votantur in Tribunali pręsentes esse non debeant, sed post causam votatam, Tribunal ingrediantur, iuxta formam pręinsertę Regię Pragmaticę, & vota votentur & distincte scribantur, cum annotatione diei per nouissimum dictæ Regię Cameræ Præsidentem Doctorem, & postmodum decisio facta, vt inde formari póssit sententia, seu decretum Notario tradatur, qui illam in notamentorum Libro notare habeat quinterno alio votorum nouissimi Pręsidentis Doctoris manu scriptorum penes Locumtenẽtem remanente, qui illum in arca sub claui in Tribunali diligenter conseruet.

PRAGMATICA XXIIII.

Littere & prouisiones

IDEMQVE inuictissimus Carolus Quintus Imperator in eadem Pragmatica formam ac modum dedit expeditioni litterarũ & prouisio-

expedienda dies uideantur a Præsidentibus in eorũ domibus subscribantur. ita fiat postea à Locũtenẽte.

nisionum, quæ quotidie fiunt per dictam Regiam Cameram, his verbis, videlicet.

LITTERAE vero expediantur in Bancha cum voto Præsidẽtium vt supra, quæ notentur in Libro votorum, cum subscriptione solius Locumtenentis, nec aliter is litteras expediat vbi Camerarij nomine transmittuntur, præterquam quando aliquis casus curreret, qui propter interesse Regię Curiæ non pateretur dilationem vt littera expediatur in Bancha, & tunc solus Locumtenens expediat & detur sequenti die notitia pręsidentibus. Et quia magistra rerum experientia docuit, omnes litteras in Bancha cum voto omnium Præsidentium expediri non oportere, nec fieri posse sine maximo negotiorum, præsertim Regij fisci impedimento, Propterea præfatam Pragmaticam declarantes, illamque ad vtiliorem stilum, ac ordinem redigentes, statuimus, decernimus, ac declaramus, vt præfatæ litteræ & prouisiones omnes, quæ quotidie per dictam Cameram fiunt, de cetero videantur, & firmentur per Præsidentes dictæ Regię Cameræ in eorum domibus vbi commodius & maturius illas considerare & rimirari poterint vnusquisque videlicet ex Præsidentibus videat & subscribat litteras & prouisiones ad Prouincias, & negotia sibi commissa spectantes & pertinentes postmodum vero per Locumtenentem similiter in eius domo, & non in Bancha, videantur ea qua conuenit adhibita diligentia & subscribantur, & demum per Secretarium seu Notatorem subscribantur, & in Libro notamentorum notentur his, dumtaxat exceptis, quæ maximi essent momenti & importantiæ, vel quæ maximam haberent difficultatem, vel quæ celeritati, præsertim pro Regij fisci commodo desiderarent, quæ omnes in Bancha discuti, ordinari, subscribi, & expediri decernimus, & mandamus.

PRAGMATICA XXV.

Scriptura in Regia Camera conseruẽtur.

MANDAMVS etiam præfatam Regiam Cæs. Maiestatis Pragmaticam quo ad conseruationem & inspectionem scripturarũ per Pręsidentes & Rationales inuiolabiliter obseruari, quę est tenoris & continentiæ subsequentis.

QVODQVE scripturæ omnes conseruentur in Regia Camera Sũmarię in locis cõsuetis, vbi per officiales ad id deputatos custodiantur, & vnusquisque ex Pręsidentibus aut Rationalibus pro nostro seruitio illas intueri valeat, nec in proprijs domibus Locumtenentis, aut Pręsidentium, prout hactenus fecerunt, detineantur, prætérquam si pro aliquo occurrenti negotio, non longo tamen tempore, cum specifica apodixa receptionis reportare sit necesse.

PRAG-

PRAGMATICA XXVI.

ITEM statuimus atque mandamus Locumtenentem, Præsidentes, Aduocatū, & fisci Procuratorem dū Camera regitur attentissime negotiorum expeditioni incumbere, nil extraneum admiscentes, vt omnino horæ ad id deputatæ, vtiles dictæ negotiorum expeditioni decurrant, & dum causæ per aliquem Præsidentem referuntur ceteri silentium inter se adeo præstent, quod causas à principio vsque ad finem intentissime intelligant. Id etiam seruari iubemus dum Aduocatorum præpositiones & allegationes auscultantur non semetipsos impedientes insignandis prouisionibus in Bancha, ne, dum quando causæ referuntur, Præsidentes adinuicem alter alterum interrumpat, & si cui à Commissario referente de aliqua facti qualitate certiorem reddi desiderium occurrit, id partibus absentibus dum inter se causam discutiunt adimplebunt, contrarium nullatenus attentaturi, hoc idem inuiolabiliter obseruando dum fisci patronus facta causarum dicit, easque perorat, dum computa discutiuntur, ceteraque negotia omnia tractantur.

Dum causæ referuntur, vel informātur per Aduocatos ceteri sileant, ut singula intelligantur.

PRAGMATICA XXVII.

ITEM volumus & mandamus, dum causæ tractantur, Locumtenentem & Præsidentes adeo circumspecte se gerere, vt, antequam eis votandi locus detur, nec signis nec verbis in quam inclinent sententiam patefaciant.

PRAGMATICA XXVIII.

MANDAMVS etiam, dum pro Regio fisco negotia ab eius Aduocato seu Procuratore requiruntur, spectabilis Scriba portionis, eius officiales, & Magister Thesaurerius generalis, ac Rationales, actorum Magister, & Notator Cameræ Summariæ, cetérique illius officiales pro copia scripturarum, seu partitarum computorū, vel pro computis aliquibus faciendis, aut pro quauis alia causa eorum officia tangente, statim summa cum diligentia id expleant, ne ex mora fiscus iacturam aliquam patiatur.

Consignētur copiæ scripturarum necessariæ fisco nulla mora postposita.

PRAGMATICA XXIX.

PER instructiones dicti Serenissimi Federici Regis in septimo & octauo Capitulis contentas prouisum extitit officiales & ministros Regiarum pecuniarum exactores in terminis per Cameram præfigendis, cautelas non producentes pro computorum lucidatione, ac liquidatione in partitis, in quibus cautelæ non producebantur, significari debere iuxta Cameræ stilum, quod approbans inuictissimus Carolus Imperator, præfatus idem in 12. & 16. suarum instructionū Capitulis statuit, illo addito significatorias de expediendas paratam execu-

executionem habere, & earundem partitarum rationem haberi non debere, etiam ex cautelarum secuta productione, nisi in sequentis anni computo, vt ex dictis instructionibus apparet, quorum tenor talis est.

Tenor Cap. VII. super instructiones Federici Regis.

Infra terminũ assignatũ præsentẽtur computa cũ cautelis, & caueant de cõtrario seruando offic. Regiæ Cameræ.

ITEM ne Ministri pecuniarum Regię Curię, in pręsentandis, ostendendisque computis rationum, & administrationum suarum, dilationem aliquam committere, aut in longum protrahere valeant, Regia Maiestas mandat dictos Ministros in terminis eis dandis & statuendis ad pręsentationem eorum computorum pręsentare, extendere debere cautelas omnes pro verificatione computorum eorundem per ipsos pręsentandorum infra terminum decem dierum, & non vltra, & casu quo res maiorem dilationem exigeret & postularet, liceat & licitum sit ad arbitrium Bancę, seu Locumtenentis & Pręsidentium Camerę prorogare dictum terminum, & longiorem dilationem indulgere, & si Bancha seu Camera, vt pręmittitur, non prouideret, aut in longum ipsam prouisionem deduceret, tunc Notator, qui fuerit in Bancha, sine mora Regiam Maiestatem faciat certiorem, vt possit prouidere opportune.

Tenor Cap. VIII. eiusdem.

Rationales Camerę summo studio vacent cõputis, dubia in Banca notificantes. cum seq.

ITEM quilibet Rationalium Camerę summo studio & exactissima diligentia singulis diebus & horis statutis, deputatis & ordinatis per Cameram, vacare & intendere debeat celeri expeditioni computorum contentorum & declaratorum in folio cuiuslibet ipsorum Rationalium, tam in accipiendis cautelis, quam in assumendis & dandis dubijs. Quibus assumptis Rationalibus cuius intererit dubia illa in Bancha declarare & nota facere teneatur, & debeat diligenter, adhoc vt Locumtenens & Præsidens facti certiores concedere, statuereque terminum partibus valeant ad liquidandum & liquidatum habendum. quo termino elapso idem Rationalis absque mora & cunctatione aliqua relationem faciat in Bancha, vel de dubijs non liquidatis, vel quod is Rationalis de sufficienti liquidatione esset in dubio. Quibus intellectis & declaratis, Locumtenens & Præsidentes ad decisionem dubiorum eorundem, atque ad significatorias litteras, iuxta stilum Cameræ valeant procedere.

Tenor Cap. XII. Caroli Imperatoris instructionum.

ITEM mandamus Rationalibus dictę Cameræ & cuilibet ipsorũ, quod summo studio & exactissima diligentia singulis diebus & horis statutis per eandem Cameram vacare debeant circa celerem expeditionem computorum, tam in accipiendis cautelis quas per se & non per alios videant diligenter & considerent, tam in assumendis & dandis dubijs, quam in referendis in Bancha ipsi computis, & cautelis,

prout

prout res exegerit. Ita quod statim assumptis dubijs, sine mora & dilatione dubia ipsa in Bancha nota facere & declarare teneantur omni mora postposita, ad hoc vt Locumtenens & Pręsidentes facti certiores, statuere valeant si absq; alia dilatione, prętextu termini supra in præcedenti Capitulo assignati, debeant procedi ad decisionem vel ex causa legitima noua dilatio dari partibus ad respõdendum & liquidandum, & liquidatum habendum, & si fuerit data noua dilatio, ea elapsa, Rationalis ad quem spectat, absque mora & dilatione aliqua nulla exspectata interpretatione aut qualibet alia requisitione relationem faciat in Bancha de dubijs non liquidatis, vt, ipsis intellectis, ad decisionem & liquidationem eorundem, iuxta stilum Camerę procedi valeat. Ita quod Rationalis ipse non desistat à commentatione dictorum dubiorum in Bancha continuatis diebus, donec fuerint per dictum Locumtenentem & Præsidentes de iustitia fine debito decisa, & terminata: Cum scire debeant ad onus officij ipsorum Rationalium spectare taliter expeditionem computorũ sollicitare, ne aliquid dubij remaneat, aut ipsorum dubiorum decisio in longum protrahatur, in graue damnum & interesse nostrę Regię Curiæ.

Tenor Cap. XVI. eiusdem.

Computa cũ cautelis præsentẽtur nullo expectato postea termino ad illas producẽdo.

ITEM ne Administratores pecuniarum in damnum nostræ Curiæ partitas non dum solutas, ponant in exitu suorum computorum, mandamus quod Rationales statim præsentatis, & assignatis computis debeant recipere, & de eis propria manu facere computanti listam seu Memoriale, & ante omnia debeant notare diligenter omnes partitas in exitu positas, super quibus Administrator in promptu non producit cautelas, & illas notificare Locumtenenti & Præsidentibus in Bancha, omni mora & dilatione postposita, qui diligenter & sine dilatione debeant prouidere, si tales partitæ sint reijciendę & significandę, an vero ipsis Administratoribus nouus terminus ex ęquitate dandus ad procedendum sufficientes cautelas. Ita quod terminus si cautelę ex natura rei gestę haberi poterunt in Ciuitate Neap. vbi residet Camera numerum dierum, quorum non excedat, si vero haberi non poterunt in dicta Ciuitate per locorum distantiam arbitrio Locumtenentis & Præsidentium statuatur elapso vero termino ipsis Administratoribus cautelas sufficientes non pręsentantibus, Rationales debeant delere partitas, & significatoriam expedire contra Administratorem, & si venerit post terminum cum cautelis, habeatur de eis ratio quę de iure habenda erit in computo sequentis anni. ET cum sic demostrante experientia fuisset Regio seruitio expediens pecuniarijs ministris computa absque cautelis producentibus terminos pręfigi debere per instructiones Ministris iã dictis traditas mãdatum est, vt vna simul cum computis cautelas omnes producere

tenean-

teneantur, vt latius in 18. & 33. Capitulis instructionum Ministrorum præfatorum continetur. in vnicam ac luculentam igitur consonantiam præfata omnia redigentes statuimus & mandamus Thesaurarium generalem, Dohanerium Dohanæ pecudum, Perceptores Prouinciarum, Magistros Portulanos, ceterosque Ministros, & pecuniarum Regiarum exactores tam maiores, quam minores, qualescumque fuerint, tam præsentes quam futuros, debere in statutis terminis ad computorum præsentationem eorum computa, vna & simul cum cautelis omnibus pro ipsorum liquidatione necessarijs pręsentare, sublata omni facultate Regiæ Cameræ terminum indulgendi illarum cautelarum productionem: cum nos authoritate præsentis nostræ sanctionis pro peremptorio termino illud idem tempus assignamus, quod ad computorum productionem assignatum est. si tamen eodem instanti, quo computum præsentant, aliquod legitimum allegauerint impedimentum circa cautelarum productionem, Camera quod iuri consonum prospiciet, decernat atque prouideat, declarantes etiam quod si tempore productionis computorum per Magistros Portulanos, vt supra, faciendæ, non fuerit elapsus terminus per eos tempore exactionis præfixus partibus ad responsaliũ productionem, valeant infra duos menses à die quo terminus præfatus fuerit elapsus, respõsalia præfata producere, quem terminum etiam pro peremptorio assignamus, scituri officiales iam dicti, quod si id facere non curauerint pro deficiẽtium cautelarum quantitatibus significabuntur, quas significatorias paratam habere executionem, mandamus, neque illarum executio impediri possit modo aliquo, vt infra declarabitur.

PRAGMATICA XXX.

Thesaurari' et Perceptores computa cũ cautelis exhibeãt & recipientes pecuniã ab eorũ posse consignẽt statim cautelas de recepto.

ET vt facilius præfata practicari & obseruari possint, mandamus Pragmaticam Cæs. Maiestatis editam in anno 1540. ad vnguem & inuiolabiliter obseruari circa apodixas generali Thesaurario faciẽdas huiusmodi continentiæ.

CVMQVE præfata etiam contingere, & ipsorum computorum declarationes retardare audiuerimus, ex eo quod eodem die quo Thesaurarius noster generalis recepit pecunias portantibus illas cautelas de recepto non consignat, statuimus, ordinamus, committimus & mandamus, vt Regius Thesaurarius noster generalis minime quantitatem aliquam pecuniæ magnam, vel paruam accipiat, quin statim in suo Libro partitam claram, & liquidam, causam specificam continentem, & cum finitione cuiuslibet tertij describat, cuius copiam incontinenti Ministro consignet, ad hoc vt Ministri ipsi, quando pręsentant computa suo tempore, prout statutum est, & male obseruatum, vna cum cautelis in registro apodixarum nostræ Regiæ Cameræ pre-

ræ presentare debeant, & contrarium minime faciant, sub pœna aureorum duorum millium, quę irremissibiliter exigatur, in quam officiales nostrę Camerę Summarię incurrãt, nisi irremissibiliter illam exigant.

Et ad tollendum excusationes quas hactenus Perceptores & ceteri pecuniarij Ministri allegare consueuerunt, quod Mercatores & alij, quibus per eos soluenda est pecunia, differunt litteras consignationis ad Regiam Thesaurariam asportare, ob quod partitarum trãscripto impeditur, mandamus quod mercatores præfati, & alij consignatarij si fuerint ipsi vel eorum Procuratores, qui pecuniam recipiendi potestatem habent, præsentes in hac Ciuitate Neap. ad omnem Ministrorum pecuniarum seu eorum computantium, dum soluere volunt, instantiam asportare, seu mittere habeant ad dictam generalem Thesaurariam litteras consignationum earundẽ ad hoc, statim, seruata forma Pragmaticę præfatę, facto debito notamento per quem spectat ipsarum litterarum dorso partita scribatur, & cautela conficiatur, alias eisdem consignatarijs imputetur, & per eos stare intelligatur, quo minus solutio facta sit, si vero absentes fuerint à Ciuitate Neap. & eis ex pacto seu conuentione in Prouincijs extra hanc Ciuitatem solutio fieri debeat infra mensem post pecuniam receptã, transmittere debeant cautelas necessarias in dicta Regia generali Thesaureria, vt annotario & transcriptio partitatum in dicta Regia generali Thesaureria, & debita cautela ministris pecuniarijs fieri possit.

PRAGMATICA XXXI.

Mandamus etiam seruari vndecimum Capitulũ Instructionum Caroli Imperatoris, huius tenoris.

Tenor Cap. XI. instructionum Caroli Imperatoris.

Item ne ministris pecuniarum nostrę Curiæ in præsentandis, liquidandisque computis administrationis & rationum ipsorum, dilationem aliquam committere valeant, mandamus dictos ministros per totum mensem Octobris cuiuslibet anni præcise & peremptorie in eadem Camera computa suarum administrationum, cum omnibus & singulis mandatis, apocis, cautelis, & scripturis pro eorum verificatione & liquidatione presentare debere, sub pœna priuationis eorum officiorum ad arbitrium nostrę Maiestatis, necnon sub pœna salarij ipsorum vnius anni à contrauenientc, irremissibiliter singulis vicibus exigenda per dictam Cameram, nostrum autem generalem Thesaurarium, quelibet semestri, Dohanerium vero manæ pecudum per totum mensem Iulij cuiuslibet anni, similiter eorum computa, mandata, & cautelas & scripturas exhibere omnino decernimus, & mandamus sub pœnis prefatis.

Quicũq. ministri Regiæ pecuniæ per totum mensẽ Octobris computa cũ cautelis in Camera consignent.

PRAG-

PRAGMATICA XXXII.

Thesaurari' non soluat li berãtias abs que apoca particulari

IVBEMVS etiam Thesaurarium generalem in productione com putorum per eum prçsentandorum vna & simul cum ipsis computis prçsentare debere apodixas particulares per nos expediẽdas pro solutione per eum facienda, iuxta ordinem per nos expeditum, cuius tenor ille est.

Pro Regis et soluendo nõ admittãtur in Camera.

Tenor dicti ordinis talis est.

PHILIPPVS *&c.* Perche, come sapete, d'alcun tempo in quà si è costumato, & al presente si costuma, che il Magnifico general Thesauriero non può pagare liberanza alcuna ordinaria, senza poliza nostra particulare, & intendemo che detto Thesauriero al rendere che fa di suoi conti in questa Regia Camera, non presenta dette polize particulari, ma solamente dona conto del pagamento per vigore delle liberanze, n'hà parso per quel che cõuiene al seruitio di sua Maestà, & alla indemnità della Regia Corte, poi che dette liberanze ordinarie non si possono pagare senza poliza nostra particulare, faruila presente, per la qual vi dicemo & ordiniamo, che da qui auanti non debbiate accettare, nè far buono pagamento alcuno al detto Magnifico Thesauriero, nel qual debbiano precedere le polize nostre particulari, poi che senza quelle non puo, nè deue farsi, non presentando dette polize particulari, che cosi conuiene al seruitio di sua Maestà. *Dat. in Palatio Regio prope Castrum nouum Neap. die 5. mẽsis Iulij 1559.* Don Perafan. *V. Albertinus Regens. V. Villanus Regens. V. Reuerterius Regens. Ioannes de Soto Secretarius.*

PRAGMATICA XXXIII.

SIMILIQVE modo mandamus seruari nonum, & decimum Capit. instructionum Federici Regis, & 15. inuistissimi Caroli Imperatoris, huiusmodi tenoris.

Tenor Cap. IX. instructionum Federici Regis.

ITEM quilibet Rationalis Camerç procuret cum solerti diligentia habere & examinare computa particularia, quæ dependent ex cõputis cuiuslibet ipsorum Rationalium consignatis, ac pari modo habere Quinternos apodixarum. Quorum computorum particularium & Quinternorum apodixarum ipsarum diligens examinatio, quam Rationalium solertia cura, & studium maxime curare debent, Regiç Curiç erit vtilissima.

Tenor Cap. decimi eiusdem.

Significatoriæ subscribantur p Ca

ITEM quemadmodum prçteritis temporibus extitit in dicta Camera obseruatum, ita deinceps obseruari prçcipit Regia Maiestas, videlicet. quod in pede cuiuslibet significatoriæ in Camera faciendæ,

appo

apponatur manus seu subscriptio Rationalis, qui litteras ipsas significatorias fecerit, necnon & manus ac subscriptio Notatoris dictæ Cameræ, & antequam subsignent & subscribant in dictis litteris significatorijs, illas debeant comprobare cum registro, in quo fuerint registratę, sicque litterę ipsæ signatæ & diligenter expeditæ, mitti & assignari debeant Regio Thesaurario generali, per eum trahendę Commissario Regio & Perceptori pecuniarum prouenientium ex significatorijs, vt illas omni diligentia exigere valeat nomine Regiæ Cameræ, dictusq. Notator Regiæ Cameræ Summarię, procuret cum diligentia in fine mensis cuiuslibet mittere ad Regiam Maiestatem, listā seu notamentum omnium significatorialium quas fieri contigerit mense quolibet in Camera, cum distinctione quantitatum & personarum, quibus factæ fuerint significatoriæ.

merā & Rationalem, et registratę cō signentur Cōmissarijs exigendæ. b. d. cum seq.

Tenor Cap. XV. instructionum Caroli Imperatoris.

ITEM extitit præteritis temporibus in dicta Camera obseruatum quod in pede cuiuslibet significatoriæ faciendæ in Camera, apponatur subscriptio Rationalis. Propterea mandamus sic obseruari, Ita tamen quod dictus Notator nunquam se subscribat in dictis significatorijs, nisi primo illas diligenter inspexerit, & summarię notauerit in suo registro notamentorum, & nisi primo fuerint cum registro diligenter comprobatæ, quorum notamentorum debeat Notator ipse saparatim & ordinate facere in Libro continuato sine immistione aliorum notamentorum, & postquam dictæ significatoriæ expeditę fuerint, statim mitti & assignari debent generali nostro Thesaurario sine aliqua dilatione tradendę per eum Perceptori significatoriarum vt ille eas exigere valeat.

PRAGMATICA XXXIIII.

SERENISSIMVS Federicus Rex in 14. suarum instructionum Cap. ac postmodum Serenifs. Catholicus Rex in 9. suarum instructionum, & nouissime inuictissimus Carolus Quintus Imperator in 16. suarum instructionum seu Pragmaticarum capite, circa diligentiam per Rationalem adhibendam in computorum liquidatione statuerunt in modum, qui sequitur.

Tenor Cap. XIIII. instructionum Federici Regis.

ITEM Rationales dictę Camerę, exacto & elapso tempore dato partibus ad verificationem & liquidationem computorum, statim sine dilatione aliqua accedant personaliter ad Bancham dictę Cameræ, & facta notitia Præsidentibus de tempore iam elapso, debeant ponere computa & dubia in Bancha, vt supra dictum est, quæ computa per dictos Pręsidentes cum omni diligentia expediri debeant.

Rationales elapso termino dato ad verificādum partitas spōte computa præsentēt in

Tenor

bentra dubia publicando.

Tenor Cap. IX. instructionum Serenissimi Cath. Regis.

ITEM que todos los Rationales dela Cameta à quien seran dadas las dichas cuētas entiendan con toda diligentia en el despacho dellas, de manera que dentro de dos meses, si anter no pudiere ser, sea fecha entera relation en la Bancha dela dicha Summaria, y al mas largo dentro de otros quatro meses sean del todo despachadas la dichas cuentas y fecha declaratoria, come se accostumbra, su pena di priuation di sus salarios y priuation delas dichas cuentas.

Tenor Cap. XVII. instructionum Caroli Imperatoris.

In fine cōputi fiat per Rationales bilanciū integrum vt breuiter dignoscatur, vna cum folio dubiorū assumptorum.

ITEM mandamus quod dicti Rationales in fine cuiuslibet computi eorum cuilibet cōmissi describere debeant manu propria in carta suta & ligata, cum ipso computo bilancium integrum ipsius computi, vt specifice omnia dubia, tam decisa, quam ea quę remanent ad decidendum, in breui compendio videri possint, & quid actum sit, aut quid restat peragendum in vnoquoque computo, & similiter notare in margine prouisiones factas super dubijs decisis, & quę ex inde fient super non decisis, necnon ante elapsum illius anni, in quo vnūquodq. computum fuerit præsentatum, habeant expediuisse declaratoriam cuiuslibet computi, iuxta Prag. super hoc editā per Cath. Regem celebris memorię, auum, patrem, & dominum nostrum colendissimum, quam inuiolabiliter volumus obseruari.

QVAS quidem dispositiones declarantes, ac in vnum complectētes, statuimus, decernimus, & declaramus, quod præfati Rationales, & ipsorum quilibet, summo studio & exactissima dlligentia singulis diebus & horis statutis vacare debeant circa celerem computorum expeditionem. Ita quod omnia computa quę pręsentari debent in mense Octobris per mēsem Decembris ante scilicet ferias Natiuitatis Domini anni cuiuslibet, sint (vt aiunt) bilanciata, & significatorię pro concurrenti quantitate introitus exitum superantis, ac deficientium cautelarum expeditæ, & per totum mensem Aprilis in dictis computis omnes cautelæ assignentur, ac illa relata, discussa, & declarata omnino sint, sub pœna per immortalis memorię Cath. Regem imposita in dictis instructionibus per eum editis amissionis salariorum & cōputorum eis commissorum, declarantes vltra bilancium præfatum apponi debere folium dubiorum assumptorum pro declaratione cōputorum cum decisionibus eorundem dubiorum in margine folij præfati annotatis, Addentes bilancium præfatum fieri & describi de berein dictis computis, secundum formam & modum leuamenti totius administrationis illius anni, reliqua vero computa, quę non cōsueuerunt produci in mense Octobris, sed alio tempore, similiter infra sex menses à die pręsentationis ipsorum numerandos, modo, quo supra dictum est, expediantur.

PRAG.

PRAGMATICA XXXV.

STATVIT dictus inuictissimus Carolus Imperator in decimo quarto suarum instructionum Cap. quo simul cum vnoquoque Rationali, interueniat vnus Præsidens, sicut necessitas exegerit, qui pariter cum ipso Rationali debeat computum & cautelas percunctari, ac dubia reassumere pro celeri expeditione computorum ipsorũ, cuius tenor sequitur.

In computis faciẽdis per Rationales interueniat etiam vnus Præsidẽs & de mense Ianuarij et Februarij non redeant officiales post prãdium in Camerã sed domi tractẽt negotia h.d. cum duobus seq.

Tenor Cap. XIIII. instructionum Caroli Imperatoris.

ITEM mandamus quod simul cum vnoquoque Rationali interueniat vnus Præsidens, sicut necessitas exegerit, qui pariter cum Rationali debeat computum & cautelas percunctari, ac dubia assumere pro celeri expeditione ipsorum computorum.

QVOD satis Regio seruitio expedire considerantes, tenaciter obseruari mandamus, in quod Rationalis celeriter omni cum diligentia percunctatis, & ordinatis computis & cautelis, per eum statim cum Præsidente conueniat, cautelas & dubia conferendo, vt statim hoc expleto, ad ipsius liquidationem per Cameram procedi possit, & vt Præsidentes huic Regio seruitio in eorum domibus vacare queant, mandamus quod in mensibus Ianuarij & Februarij, Locumtenens & Præsidentes de seruitio Cameræ conuenire non teneantur, sed de mane quatuor horis adesse debeant, negotiorum expeditioni diligentissime operam dantes.

PRAGMATICA XXXVI.

ITEM attendentes quod quemadmodum prouide interdictum est Perceptoribus, ceterisque ministris pecuniarijs, sub pœna priuationis suorum officiorum, in eorum computis in introitu pro exactis ponere quãtitates aliquas tempore præsentationis ipsorum computorum re vera non exacta, vt ex 31. Capitulo instructionum Perceptoribus traditarum prouisum esse legitur, Ita pariter condecens esse, ac rectę administrationi cõuenire videtur prouidere, prout harũ serie prouidemus & mandamus, ne in exitu quantitates aliquas ponãt pro solutis, quæ re vera tempore præfato solutę realiter non sint, eadem officij priuationis imminente pœna, quæ omnino contrafacientes incurrere decernimus.

Inexacta pro exactis, & insoluta pro solutis non ponantur.

PRAGMATICA XXXVII.

SERENISSIMVS Ferdinandus primus huius Regni Rex per Pragmaticam, quam publicari iussit anno. 1482. mandauit significatorias omnes per Regiam Cameram expediendas exequi debere, neq. audire quempiam super illorum reuocatione, quin prius exequtioni demandatæ sint, Immo facta exequtione illas reuocare posse prohibuit, nisi eidem Serenissimo Regi omnia relata fuissent: Eius autem Pragmaticæ tenor talis est.

Significatoriæ exequãtur nullo amplius audito.

Tenor Pragmaticæ Serenissimi Ferdinandi primi.

Significatoriæ & sententiæ latæ per Cameram exequi debent non obstante quod reclametur præstita tamen cautione.

FERDINANDVS *Dei gratia Rex Siciliæ, Hierusalem &c.* Cum ab antiquis huius Regni Regibus prædecessoribus nostris eorũ Priuilegijs in prærogatiuam dignitatem istius Tribunalis & officij, decretum, prouisum, & constitutum sit, vt omnes significatoriæ & sententiæ, quæ ab ipso officio procederent & proficiscerentur, exequi, adimpleri, debitæque executioni mandari omnino deberent, non obstantibus quibusuis appellationibus, reclamationibus, & supplicationibus de eis factis, & sic continue preteritis temporibus obseruatum fuerit, & vt intelleximus a non longo tempore citra significatoriæ in ista nostra Regia Camera factæ, & sentẽtię in eadem latæ, iuxta formam & continentiam ipsarum, & etiam secundum consuetudinẽ obseruatam debitę executioni demandatę non fuerint, quod redundauit & redundat in non modicam derogationẽ dignitatis, & vt prærogatiuæ ipsius Tribunalis, & etiam in grauissimum damnum & iacturam nostræ Curiæ, & illorum detrimentum, qui sententiam in sui fauorem obtinuerunt, volentes continue non solum tueri, & conseruare, verum etiam augescere, & amplificare istius officij honorem, prærogatiuam, & dignitatem, cum præsertim certo sciamus omnia quæ in ista Camera aguntur, & cognoscuntur, & decernuntur, summa æquitate, maturitate, integritate, & iustitia agnosci, & decerni, cum istius Tribunalis officiales, summa sciẽtia, integritate, & rerum maxima experientia præditos esse sciamus, per hanc nostram Pragmaticam quam inuiolabiliter obseruari volumus, statuimus, præcipimus, & mandamus, vt imponere, iniungere, & mandare debeatis exactori significatoriarum istius Cameræ, vel eius Locumtenenti, vt omnes significatorias in pręteritum factas, quæ executioni debitę re mandatæ non sunt, omni celeritate & festinantia sine expeditione personarum, & eas etiam quæ de cetero fient prorsus & omnino exequantur, Declarantes nostrum animum & propositum esse, vt ipsæ significatoriæ quacunque ex causa non debeant aut possint in disputatione aut disceptatione poni donec fuerint debitæ executioni demandatæ vt supra.

ET similiter de sententijs quæ in ista Camera in posterum proferuntur fieri volumus, præstita tamen fideiussione idonea per eos, in quorum fauorem sententiæ latę fuerint de restituendo in occurrenti casu retractationis dictarum sententiarum, omne id, & totum, quæ ex huiusmodi causa consecuti essent.

ET facta ipsarum significatoriarum executione, vt supra continetur, volumus, & decernimus, vt omnes qui de ipsis significatorijs se debite grauatos putauerint, per istud idem Tribunal, & nõ per aliud audiri

audiri debeant, si quid dicere, producere, allegare, & probare contra ipsas significatorias voluerint.

Et si idoneum aliquid, vel sufficiens ostenderint, quo ipsæ significatoriæ ex toto, vel in parte reuocari habeant, per nos intelligi volumus, & re cognita prouideri, vt per Exactorem ipsarum significatoriarum, vel eius Locumtenentem eis, contra quos executionem fecerint, restituatur quãtum per nos legitime restitui debere declaratũ fuerit.

Et vlterius volumus, constituimus, præcipimus, & mandamus, vt de cetero per omnes & singulos ipsius nostri Regni ordinarios Exactores in ista nostra Camera singulis annis, per totum mensem Septembris, producta & præsentata esse debeant omnia ipsorum computa & rationes, & per totum mensem Octobris sequentis, omnes cautelæ necessariæ & pertinentes ad ipsorum computorum liquidationem: Et ipso finito tempore, si cautelæ ipsę productę & pręsentatæ non fuerint, ipsa computa statim expediri per vos volumus, & significatorias contra ipsos exactores fieri, vt supra regulandas, & exequendas.

Per totũ Septẽbrẽ exactores præsentẽt computa & per Octobrẽ cautelas & singulo quadrimestri Arrendatores soluant debita.

Et similiter volumus per omnes nostrorum introituum Arrendatores assignari & persolui pretia arrendamentorum nostrę Curię debita temporibus cõtentis in Capitulis per istam Cameram eisdem Arrendatoribus assignatis, adeo vt in fine cuiuscumque quadrimestris nostrę Curię sit integrę satisfactum, & si elapsis temporibus statutis, in ipsis Capitulis contentis, ipsi Arrendatores nostrę Curię soluisse, & satisfecisse non ostenderint, contra eosdem ipsorumque fideiussores ad debitas significatorias, vt supra, regulandas pro cautela nostrę Curiæ procedi volumus.

Et ne iura nostrę Curię debita, vlterius defraudentur, pręsenti Pragmatica sanctione decernimus & declaramus omnes supersessorias hucusq. factas fuisse & esse reuocatas, prout pręsentium serie reuocamus, & quod de cetero faciendę nullatenus admittantur per quosuis nostros officiales, nisi sint tempore limitatę & eis sit appositum nutum nostrę Maiestatis, videlicet, *Fate lo soprascritto.*

Suprasessoriæ nõ fiant absq. Regio nutu.

Volumus etiam, & pręsentium tenore declaramus, quod de omnibus causis ad dictum Tribunal vigore Priuilegiorum Retro Principum spectantibus, & quę de cetero ad istud Tribunal ex nostra ordinatione & mandato introducentur, & in ista Camera discutientur, & per istud Tribunal interloqui contigerit, si ab interlocutorijs prouocaretur & reclamaretur de ipsis nullum aliud Tribunal, pręter istam nostram Cameram cognoscere possit, aut valeat.

Reclamationes eadẽ Camera cognoscat.

Et similiter diffinitiuis sententijs, quæ in isto Tribunali fuerunt, postquam debitæ executioni, vt supra continetur, mandatæ fuerint, si ab ipsis appellari aut supplicari contigerit, appellatio & reuisio co-

gnosci per aliud Tribunal. excepto quam per istam Cameram, non possit nec debeat, nisi per nostram Maiestatem prius de omnibus per dictam Cameram informatam aliter fuerit prouisum, cum nutu nostrę Maiestatis, videlicet, *Cosi volemo che si faccia.*

ET quoniam supradicta integre & indeminute obseruari, exequi, & adimpleri volumus, mandamus & præcipimus vobis, vt ex nunc in antea ea omnia obseruare, & obseruari facere debeatis, nō obstantibus quibuscumque prouisionibus factis, aut forte nostro nomine faciendis, quæ præmissorum derogationi cederent, & aliter non faciatis, sub pœna priuationis officiorum nostrorum, & mille ducatorum contrafacientibus exigendorum. In cuius rei testimonium pręsentes fieri iussimus nostro pendenti magno Sigillo munitas.

Datum in Castello nouo Neap. die 12. Februarij. 1482.

Rex Ferdinandus. *Questa è mia volontà.* Aegidius Sadurnil pro primo Garlon. Io. Pont. Locumtenens Magni Camerarij. Dominus Rex mandauit mihi Antonello de Petrutijs Dirigitur Cameræ Summariæ.

QVOD approbans Serenissimus Federicus Rex, inter suas instructiones, sequens duodecim Capitulum inseri iussit.

Tenor Cap. XII. instructionum Federici Regis.

ITEM mandat Regia Maiestas, quod cautelæ, quæ præsentantur pro deduction facienda, significatorijs iam factis recipi debeant, verum nulla fiat à dictis significatorijs deductio, nisi prius Regia Maiestas edoceatur.

Significatoriæ auditis partibus expediātur in plena banca ne retardetur executio.

QVAE omnia non ita examussim seruata fuere ab officialibus Regiæ Cameræ Summariæ, varie prędicta interprętantibus, quo circa, vt omnibus dubitandi occasio sileat, statuimus atque iubemus significatorias omnes de cetero fieri debere in Bancha Locumtenentis & Præsidentium, adhibito examine & concurrenti consensu, quæ omnes, & etiam illæ quæ pręcesserint ex introitu exitum superante, aut computorum discussione ac declaratione computantibus in Bancha auditis siue monitis, & pariter illæ quæ ex causa releuiorum dependent, iuxta listam introituum a partibus præsentatam, omni modo executioni tradantur, illæ etiam quæ procedunt ex releuiorum informatione de ordine Cameræ factæ, super quę is, de cuius agitur interesse, Summariè auditus sit, modo defensionibus limina non se claudantur, illam in exequendo vim obtineāt, quam dicti Serenissimi Reges statuere in ipsisq. dictarū Pragmaticę & instructionis series obseruetur, illo tantū excepto, quod facta ipsarum debita executione Rege inconsulto, deductio fieri non potuisset, decernentes posse eadem Regiam Camerā, quę ex significatoriarum expeditione processit, cognita partiū iustitia, data tū prius nobis notitia, ipsas à grauamine

releuare,

releuare, quo vero ad significatorias ob cautelarum non productionem procedentes, statuimus illas etiam paratam habere executionẽ, interdicentes supersessoriarũ expeditionem, prout in præinserta Pragmatica dictus Sereniss. Ferninandus primus disposuit: verum si dum executioni sollicite, ij, quorũ cura est, incumbunt, antequam ex toto talis executio absoluta sit, produci contingat cautelã ex omni sui parte concludentem & validam, tunc eã admittendam duximus, vt significatoria parti alicui damnum esset allatura, quatenus vero ministrũ pecuniarũ respicit, illud inuiolabiliter obseruari iubemus, scilicet de ea rationem nõ haberi, nisi in sequentis anni computo. quod si id fieri non posset, quia illo forsan anno officialis suo fungeretur officio, mandamus ministrum prædictũ, qui pro dictæ significatoriæ executione quantitatem in ea contentam exoluerit, illam in sequenti anno ab eius in officio successore recuperare posse, hoc tñ declarãdo, quod si cõtra Prouinciarum Perceptores significatoriæ expeditæ fuerint ex causa residuorum Prouinciæ nõ exactorum tempore præsentationis computorum, & post præsentationem iam dictam, residua prædicta exacta fuerint, solutaq. pecunia cui soluenda erat, in memorato casu quantitas soluta à significatorijs ex dicta causa expeditis deduci debeat, prout eam deduci mandamus, illud attẽdentes quod solutio sic facta significatoriarum prædictarum satisfactio & executio cẽseri debet, declarantes quod interim ob hoc executio significatoriarum ex causa residuorum prædictorum nullatenus impediatur, quatenus vero attinet ad significatorias propter responsalium productionem per Magistros Portulanos non factam expediendas, hunc seruari ordinẽ iubemus, vt mandauimus producere procurent, vel pœnas in fideiussionibus per eos receptas, illa respicientes exigisse demonstrent per introitum pœnarum prædictarum in Regiæ Curiæ commodum, sin autem ista facere neglexerint, ipsi significentur, quæ significatoriæ consimilem executionem promptam, expeditamq. obtineant, exclusa pariter illarum supersessoria quacunque, si tamen post terminum prædictum pars, quæ se ad responsalium productionem adstrinxerat, agnoscens executus prędictæ effectum eius damno cedere respõsales, siue respõsalia producat vera, liquida, clara, & omni ex parte concludẽtia, & indebitata desiderans æquitatis terminum ad eas extendi, non per Regiam Cameram super hoc aliquid prouideatur, sed relatio fiat Illust. Vice Regi ad hoc vt negotij rerum ac personarũ qualitate recte pensata, quod opportunum visum fuerit exequi debere mandetur.

PRAGMATICA XXXVIII.

Cum Rationalium diligentia & industria rationaliter sit electa, statutum fuit in decimo secundo instructionum Caroli Imperato-

tionales per se nõ per

alios computa videāt & signent scripturas.

Exequātur sentētiæ magnae Curiae infra summam ducat. 150. cū cautione in casu retractationis.

PRAGMATICA IIII.

REGIS *Ferdinandi primi*. Ad subditorum nostrorum releuamen, ne sumptibus, laboribusque ac longis itineribus fatigentur, si

A sententijs tribunaliū

tur, si à sententijs quae in Regni Tribunalibus proferentur proclamā re, & appellationes prosequi voluerint decernimus, haud necesse essē ad maiestatem nostram immediate recurrere, sed ad Sacrum conciliū per nos Neap. deputatum deferre appellationem satis esse, facultate ad magnam Vicariae curiam, & alias inferiores curias appellandi integre seruata, vt de iure atque Regni consuetudine hactenus solitum est: Ita tamen vt in causis à 25. vncijs, vt praedictum est gradatim appelletur.

Regni potest apdellari ad magnā Curiā & in causis vltra xxv. vncias gradatim appelletur.

PRAGMATICA. V.

SENTENTIAS autem & decreta concilij, & quicquid ab eo ordinatum prouisumue fuerit, vt à supremo emissa Tribunali ezecutioni mandari edicto perpetuo iubemus, à quibus neq. appellari, nec de eorum nullitate dici posse concedimus, cautionem tamen prius vt fieri hactenus consueuit de restituendo in casu succumbentiae si pro reuisione fuerit infra decem dies supplicatum praestari volumus. Ne vero tantae iurisdictionis sententiae, decreta, ordinationes, prouisionesq. irritae fint atq. inanes, Locumtenenti nostro generali, omnibusq. Capitaneis, stipendiarijs militibus nostris, ac Siciliae Regni magistratibus, vt illarum executioni, si opus fuerit, fortem, armatamque manum praestent imperamus, licere tamen volumus condemnatum intra iuris terminum, per supplicationem eodem in concilio contra sententias processus reuisionem petere, & à nostra cancellaria, si prius iudicato paruerint semper, & supplicatione reuisionis litteras impetrare, sacro concilio exhibendas, vbi ante ante anni decursum vnius, processum reuideri, atq. etiam iterum, sicut ei iustum visum fuerit, iudicari ordinamus, illis quos merito legitimeq. instantibus suspectos partibus esse nouerit reiectis: Postquam vero duae Sacro à concilio conformes sententiae promulgatæ fuerint, perpetuum, vt hactenus in Regno obseruatum est, silentium imponendum esse decernimus.

Sentētiae sacri cōcilij et iam armata manu exequātur cum cautione si infra decem dies reclametur, & duabus conformib⁹ sententijs latis imponitur perpetuū silentium.

Eorum, quae hic dicta sunt, Don Perafanni Vice Regis declaratio.

QVAE praesenti sunt ordinatione statuta, omnino seruanda iubemus, declarantes illud, quod hic expressum est de nullitate sententiae Sacri consilij, dici non posse ad finem retardandae executionis procedere, quando nullitas requirit probationem extrinsecam, vel altam indaginem. At quando allegantur nullitates ex eisdem actis, tunc, prout iuris ratio expostulat, & vsu receptum est, quousq. discutiantur in executione supersedēdum: Et in praemisso casu si allegans succumberet, quia pronuntiatur nullitates allegatas aduersus sententiam Sacri Concilij non obstare, poena in Regia nouella ordinatione cōtenta plectēdus eria, cuius ordinationis tenor talis est.

Dicentes de nullitate sētentiarū sacri consil. et nō probātes pœna hic apposita mulctentur. h. d. cum seq.

CA-

CAROLVS, *&c.* Quamplurium litigãtium querula dispositiõne, pariterq. Sacri Regij Concilij relatione, præcipimus à certo tempore citra, ex quadam abusione introductum aduersus omnes fere sententias eiusdem Sacri Concilij de nullitate opponi ad impediendum, & protrahendum ipsarum sententiarum executionem, adeo vt per diuersas Aduocatorum, & Procuratorum astutias longo plus in consecutione executionis post sententiam, quam in ipsa sententia obtinenda elaboretur. Quo fit vt interdum nonnulli litibus & expensis fatigati, derelictis causis suis, iustitiam consequi desperent. Volentes igitur de optimo iuris remedio prouidere, præsenti sanctione in perpetuum valitura, sancimus, quod, quando contigerit aduersus sententias seu sententiam præfati sacri Concilij per Procuratores seu Aduocatos, seu per ipsas partes principales de nullitate seu nullitatibus calumniose, ad differẽdum executionem opponi, & quas nullitates seu nullitatem in iure aut in facto minime subsistere compertum fuerit, dum per idem Sacrum Concilium procedẽdum fore ad executionem abiectis nullitatibus non obstantibus pronuntiari contigerit, qui de nullitate dixisse comperietur, sententiæ latæ citra mille ducatos duarum vnciarum, si vltra mille ducatos, quindecim vnciarum pœnam se nouerit incursurum, & quod pecunia peruenienda a dictis pœnis conuertatur pro salario Cappellanorum Missas quotidianas celebrãtium in eodem Sacro Regio Concilio, & ad ornatum dictæ Cappellę, & vestimentorum pro celębrandis dictis Missis, ac eleemosinarum ad arbitrium nostrũm, quas quidem pœnas omni & inuiolabili modo exigi volumus atq. mandamus: Et vt præmissa nostra Regia sanctio, & Pragmatica omni futuro tempore perpetua stabilitate vigeat, & nihil detrimenti patiatur, Mandamus prædictis Regijs officialibus, & ceteris omnibus, ad quos spectabit, spectareq. poterit in futurum, quatenus hanc præsentem nostram sanctionem, & Pragmaticam, & in ea contenta ad vnguem & inuiolabiliter obseruent & obseruari faciant, illamq. publicent & publicari faciant atq. mandent, prout solitum est & consuetum, ad hoc vt vnusquisq. notitiam habeat, & aliter ignorantia allegari non possit, & contrarium nõ faciant neq. fieri permittant occasione aliqua siue causa, si præter iræ & indignationis Regiæ incursum, pœnam ducatorum auri mille cupiunt euitare. In quorum fidem præsentes fieri iussimus Regio Sigillo impressas. Datum in Castro nouo Neap. die 20. mensis Ianuarij 1545. Don Petro de Toledo. V. Decolle Regens. V. Loffredus Regens. V. Martialis Regens. Dominus Vicerex Locumtenens generalis mãdauit mihi Bernardino Martirano. In Cur. 12. fol. 279.

De quibus quidem pœnis in pręmissa Regia prouisione contẽtis, ac alijs quibuscumque percipiendis & exigendis per dictum Sacrum

Con-

Concilium, siue deputandum ab eo, ac de illarum introitu, & exitu per eundem Perceptorem rationem reddi in Regia Camera Summariæ quolibet semestri volumus atque mandamus, abusu quouis procul pulso atque reiecto.

PRAGMATICA VI.

Sentẽtiæ Sacri Consilij proferantur noĩe Regio.

FERDINANDVS *primus.* Sacrum præterea Concilium, locum publicis audiẽtijs solitũ habere volumus, vbi causæ proponantur supplicationes, per Cõcilij actorum Magistros legantur, Aduocati (si audiri deposcent) audiantur sententiæ quascunq. promulgari inciderit proferentur, quas Regio pronuntiari nomine, & per causę Actuarios legi mandamus, singulis autem ter hebdomadis, Martis videlicet Iouis, & Sabbati diebus, prout hactenus consueuit, publica Sacrum Concilium in audientia mane sedebit. Quod si etiam illi post prandium ad res agendas venire, aut alio die, vel aliquem præterire collibuerit, eis arbitrio permittimus. Hæc Ferdinandus.

ERAT olim locus ad regendum Tibunal Sacri Concilij deputatus in Monasterio Sanctæ Claræ huius Ciuitatis Neapolis, vbi longo consedit tempore, ab annis autem viginti citra, in Castrum Capuanæ translatus est, vbi secundum morem hactenus obseruatum singulis diebus non feriatis in posterum regi mandamus ijs, quę hic aliter statuta sunt non obstantibus.

PRAGMATICA VII.

Gubernatorib⁹ Prouinciarum licet cognoscere de causis appellationũ interponendarum per Prouincias & ab eorũ sentẽtijs appellatur gradatim ad superiores.

FERDINANDVS *primus.* Pro minori nostrorum litigantium subditorum dispendio, volumus in singulis nostri Sicilię Regni Pręsidem vnum, seu Gubernatorem deputari, cui peritis iuris, Auditor assideat, vel vnus vel duo, prout hactenus fieri cõsueuit, qui de primis causis in primis ad Vrbem Capitaneis appellationibus decreta sibi in Prouincia cognoscat, à quorum sententijs si quis prouocauerit ad Neap. Concilium, vel ad Magnam Vicariæ Curiam, prout maluerit, prouocare valeat ordine superius enarrato, Priuilegijs à nobis Baronibus concesis, confirmatisque semper saluis.

Ducis de Alcala Vice Regis declaratio.

HAS autem appellationes à sententijs Prouincialium Audientiarum Calabrię, Hydrunti, Barique, Aprutij, & Basilicatæ à ducatis centum infra, aliarum vero à quinquaginta ad earundem Gubernatores, cum Consilio Doctoris partibus non suspectis remittendas esse volumus, quemadmodum sequenti Regia prouisione sic fieri debere videmus.

Sentẽtiæ certarũ audien

CAROLVS, *&c.* Noi vogliamo, & per la presente vi ordiniamo che da quì auanti non debbiate pigliare, nè fare pigliare appellatione

tione alcuna, che venga da nesciuna dell'Audientie prouinciali da cēto ducati à basso, cioè dell'Audientie di Calabria, Terra d'Otranto, Bari, Apruzzo, & Basilicata, & dell'altre Prouincie da ducati cinquanta, ma quelle rimettere sempre alli Goueruatori di dette Audientie, che procedano nella causa di appellatione, con conseglio di Dottore non suspetto alle parti: Per tanto cosi l'essequirete & farete essequire che tal'è nostra volontà & intentione, non facendo il contrario, se amate la gratia & seruitio della Maestà Cesarea. *Datum in Castello nouo Neap. die 3 Aprilis* 1540. Don Petro di Toledo.

V. Loffredus Regens. V. Decolle Regens. Martiranus Secretarius.

tiarum late ifra summā ducat. centū vel quinquagintā ut ... c reuidentur p Doctores partibus, ne suspectos a ceteris vero gradatim appellatur.

PRAGMATICA VIII.

FERDINANDVS *primus.* Sedentibus in Concilio, vel publica in Audientia Consiliarijs, vbi loqui primum consultationesque proponere, atq. respondere, ad Præsidentem in eo solum spectat, nolumus cuiq. ex Consiliarijs ipsis, siue publica, siue secreta in Audientia palam vel publice loqui licere, nisi ei qui à Præsidente fuerit interrogatus. Illum vero, qui ordinationi huiusmodi contrauenerit, nostro arbitrio multandum decernimus.

Dux de Alcala Vice Rex.

AVDIVIMVS hanc laudabilem sanctionem pessimo abusu nō obseruatam in dicto Sacro Concilio. Mandamus propterea illam inuiolabiliter obseruari, Magnifico & circumspecto ipsius Sacri Concilij Pręsidenti, iniungentes, directeq. pręcipientes, vt illam omnino obseruet, & ab omnibus, iuxta sui seriem obseruari faciat: Et quę hic, & in sequentibus de Præsidente statuta sunt, eo absente à Sacro Concilio, vel altera aularum ipsius, in quá illa exequi oportet, per antiquiorem Consiliarium ibidem tenentem primum locum illa diligēter obseruentur.

Non licet alijs Consil. nisi presidenti, vel ī eius absentia Capiti de rota proponere vel respōdere h. d. cum l. seq.

PRAGMATICA IX.

FERDINANDVS *primus.* Ex Consiliariis Consilij nostri sacri, pro causis, quae ipsis commissae fuerint expediendis cuilibet dietas duas, vnam diffinitiuis pro sententiis, alteram pro incidentibus concedimus, sic vt ab antiquiori sumatur initium temporum, deinceps inter ipsos praerogatiua succelsiue seruata, nisi aliud ex causa à Præsidente præfato ordinatum fuerit.

Duae assignantur dietae Consiliarijs ī causis referēdis.

Dux de Alcala Vice Rex.

EXPERIENTIA rerum magistra, longaeuusque vsus docuit, tempus causarum à Consiliariis referendarum & expediendarum, distribui per horas vtilius fore, prout nunc seruatur, sicque deinceps seruari mandamus.

PRAGMA-

PRAGMATICA X.

Notentur cõclusiones in causis factæ, & causae primo cõclusę primo expediãtur. h.d.cũ seq.

FERDINANDVS *primus*. Fiscales & carceratorum causas, Ecclesiarum, viduarum, pupillorum, orphanorum, pauperum, & miserabilium personarum, atq. etiam antiquiores in expeditione alijs prę ferri mandamus, & inter eas seruari ordinem à Constitutione Regni, iusti cultoris traditum, qui vt inuiolabiliter obseruetur, statuimus, vt conclusorum processuum singulorum primis mensiũ diebus Cõsiliariorum, quisque breuem in scedula annotationem faciat omnibus in Consilio à Consiliarijs legendam, cum conclusionis temporis significatione, ac litigãtium personarum qualitate. Vnde à sacro Cõsilio, quæ illo in mense causae expediendae sint, elici possit. Quam similiter annotationem in charta fieri decernimus Consilij eiusdem valuis affigenda, vt quae singulis sint mensibus expediendae causae innotescat.

Dux de Alcala Vice Rex.

CAVSARVM ordinata, celerisque discussio & decisio à Regni huius Regibus, eorumque Locumtenentibus prae oculis semper habita fuit, & alta in mente recepta, & propterea ab his vltra praecedentem Constitutionem latam, factae sunt postea subsequentes institutiones, quarum primæ inter alias à Serenissima Maiestate Catholici Regis recolendae memoriae editas, sunt infrascriptae.

IN primis mandamus quod fiat Liber, in quo describantur conclusiones omnium causarum, cum die, & Calendario per Secretariũ dicti Sacri Concilij, qui Liber custodiatur in eodem Sacro Consilio per dictum Secretarium.

ITEM quod cum fiet conclusio dictarum causarum, denuntietur per relatorem causae in dicto consilio, & fiat continuatio dictae cõclusionis per dictum Secretariũ in dicto libro, in quo scribantur causae hucusque conclusae, iuxta dictum ordinem, cum nominibus relatorum, & quod Magistri actorum causarum debeant curare dictas conclusiones describi facere in d. Libro, sub pœna priuationis officij.

ITEM quod causae, quae primo fuerunt conclusae, primo debeãt expediri & votari in dicto consilio: Quod intelligatur secundum ordinem causarum commissarum singulis Regijs consiliarijs, dummodo partes, vel earum Procuratores sint praesentes, vel altera ipsarum partium, quae petat expeditionem causae, exceptis causis priuilegiatis, & de sui natura summarijs, quae non habent se qui ordinem aliarum causarum plenariarum: Attamen inter causas ipsas priuilegiatas etiam seruetur ordo petitionis, reseruato etiam arbitrio nostro Vice Regi, si sibi videtur ex iustissimis causis aliquam dictarum causarum extra dictam regulam expediri debere.

ITEM

ITEM quod qualibet die Sabbati ante meridiem in Consilio ordinentur causę, quæ debeant votari in sequenti hebdomada, & in quibus debeant Aduocati audiri in dicto Consilio, & de illis fiat Memoriale in scriptis per singulos dies, cum expressione causarum & nominibus relatorum ipsarũ, qui relatores intrent & ponant vniuscuiusq. causam suam per ordinem & per circulum inter eos ordine seruato, & secundum qualitatem causarum maior vel minor, & dictum Memoriale affigatur in ianuis dicti sacri Concilij.

Causæ expediendæ notẽtur in lista affigenda in valuis aularum cũ seq.

PHILIPPVS *&c.* Essendo venuto à nostra notitia che ben che sia prouisto per dispositione di Regia Pragmatica, che le cause prima concluse, si debbiano prima espedire, & che ogni Sabbato si significassero le cause che nella sequẽte settimana s'haueſſero à referire seu espedire. Quella al presente non si osserua, da che nasce non poco disordine, sì perche si lasciano di spedire le cause per suo ordine & per loro antiquità, sì ancora perche le parti, massimamente forastiere & Vniuersità, non sapendo quando si hà da parlare di loro cause, son trauagliate di maggior dispẽdio, & molte volte s'introducano le cause, delle quali non trouano li Procuratori & Aduocati instrutti, per non essere loro stato notificato che quelle cause all'hora s'haueano à referire seu espedire, dal che nasce detrimento di giustitia, & non poco danno delle parti litiganti: Et desiderando noi che la giustitia sia rettamente administrata col maggior ordine, & con la maggior breuità, & col manco trauaglio & dispendio delle parti che sia possibile, & che siano bene intese & esaminate, & gli Aduocati & Procuratori possano facilmente attendere à distenderle: Volendo sopra ciò prouedere, come si conuiene per beneficio vniuersale del Regno, per la presente nostra Pragmatica in omni futuro tẽpore valitura, ordiniamo, statuimo, & comãdiamo, che nel Sacro Regio Conseglio le cause prima concluse, si debbiano prima espedire: Vogliamo anco & ordiniamo, che nell'vltima settimana di qualsiuoglia mese, si habbiano à porre in lista tutte le cause che si hauranno à referire seu espedire in tutto il mese seguente, quale lista si faccia per lo Magnifico Presidente, con parere di tutto il Tribunale, & quella fatta, si mandi à gli Illustrissimi Vice Rè, seu Locumtenenti, qui pro temporibus si ritrouaranno gouernare il Regno, & poi nell'vltimo dì de ciascun mese che si reggeranno li Tribunali, s'habbia detta nota seu tabella ad affiggerse nella porta di detto sacro Conseglio, acciò che ogn'vno ne habbia notitia, & gli Aduocati possano più commodamente studiare le cause: Et vogliamo che il predetto ordine seu tabella, ò lista cominci à farsi dall'vltima settimana del presente mese: Et le cause che saranno di poco momento, quale non conuerrà porsi in lista seu tabella, & ancora gl'incidenti che bisognerãno referirse in Conseglio, vogliamo che si fac-

ciano nell'vltima hora, & si referiscono & introducano similmente le predette cause & incidenti per suo ordine & per loro antiquità, eccetto si per alcune giuste, & ragioneuoli cause altramente parrà al Magnifico Presidente nelle predette cause minime & incidenti, quali se hauráno da espedire nell'vltima hora. Et questo vogliamo che s'habbia da affigere in valuis di questo Regio Tribunale, acciò che ogn'vno nè possa hauer notitia, non facendo il contrario per quanto s'hà cara la gratia & seruitio della prefata Maestà. *Datū in Regio Palatio prope Castrum nouum Neap. die 28. Nou. 1555. Don Bernardino de Mendozza. V. Polo Regens. V. Villanus Regens. Auitaya pro Martirano Secretario.*

Capitulum contentum in Pragmatica nouissime edita per Illust. Don Ioanuem Manriques.

CVM alia eiusdem Regni Pragmatica cautum, vt Actuarij & Cõmissarij causarum, die Sabbati cuiuslibet hebdomadæ, eas, quæ in sequenti hebdomada ex conclusionum ordine expediendæ sunt, notare debeant, vt partes & Aduocati in quibus causis inf rmare debeant scire posśint, ea quæ obseruata hactenus non fuerint, æque, ac si edita promulgataque nõ fuissent, Idque non parum incommodi causis afferre vsus & experientia docuerit, quum partes & Aduocati ad causam decidendam imparati, plerumque admitterentur: propterea cum deliberatione & voto Regij Collateralis Concilij penes nos existentis, mandamus, decernimusque eam plene, perfecteque & inuiolate seruari, illamque ampliantes & declarantes, statuimus vt causæ prędictę in talibus describantur, & affigantur in valuis aulæ Sacri nostri Concilij sigillatim & distinctim per dies, Commissarios, & horas sub pœnis in eadem Pragmatica contentis, & alijs nostro arbitrio reseruatis. Hæc illi.

QVONIAM vero ex diuersitate prouisionum prædictarum, & difficultate contentorum in eis, aliaue de causa præmissa minime obseruata sunt, & forte nec cœpta obseruari, ex his propterea omnibus, quę vsu faciliora, & causarum debitæ expeditioni congruentiora visa sunt eligentes, statuimus, quod fiat Quinternum, siue Liber describendus & conseruandus per Concilij Secretarium, in quo cuiusque Commissarij processuum hactenus conclusorum, & deinceps concludendorum describantur conclusiones cum annotatione causarū, personarum litigantium, nominis Commissarij & Actuarij, ac temporis earundem conclusionum, & quod Actuarij dicti Sacri Concilij, prout ad vnumquemque ipsorum spectat, conclusiones ipsas denuncient Secretario præfato, illasque describi faciant in eodem Quinterno, postquam factę & intimatę fuerint infra duos dies sub pœna

suspen-

suspensionis ab officio duorum mensium pro prima vice, & alia vnciarum 25. tertia vero priuationis officij. Quodque prima cuiusque mensis die iuridica conuenientes in vnum ipsius Sacri Concilij Pręsidentes & Consiliarij omnes percurrant causas prędictas conclusas discutiantque inter se, qualitatem causarum, personarum, ac antiquitatem diligenter pensantes, & illę quas ab his communiter conclusum fuerit per vnumquemque Consiliariorum sua hora in expeditione pręferri, & eo mense expediri debere in scedula siue lista scribantur, affigenda in valuis Sacri Concilij, vt omnibus innotescat, possintque litigantes, ac eorum Aduocati & Procuratores certi & instructi venire ad suarum defensionem causarum, eiusdemque scedulæ exemplam siue copia per dictum Sacrum Concilium nobis & qui pro tempore fuerit Vice Regi assignetur, ac in fine cuiuslibet mensis causarum prędictarum, quę expeditæ fuerint notula nobis transmittatur: Ex ijs autem causis, quæ quolibet mense expediendę describũtur, singulis eiusdem mensis, diebus Sabbati de mane Consiliariorũ quisque causas, quę sequenti hebdomada per ipsum fuerint expediẽdæ, & in alia scedula, vt supra affigenda, suo arbitrio pręmissas qualitates prę oculis habendo describat, finito autem mense si causę in principio præcedentis descriptę, & in lista positę omnes non fuerint expeditę, in principio sequentis mensis illę quę remanent expediendę, vna cum alijs addendis, secundum ordinem prænarratum in lista ponantur & expediantur, & hunc ordinem ceteris posthabitis in diffinitiuis seruari mandamus, in incidentibus autem, prout necessitas suaserit, Commissariorum arbitrio referantur.

PRAGMATICA XI.

REGIS *Ferdinandi primi.* Quoties per aliquem ex Consiliarijs relationem fieri contingat, collegis ceteris mandamus, vt silẽtium inter se tantum pręstent, & aures à principio ad finem vsque referent intentissimas prębent.

Dux de Alcala Vice Rex.

IN hoc etiam detestandum inter Consiliarios abusum inualuisse accepimus, quem vti rectę iustitię administrationi, admodũ contrarium abhorrentes, illum penitus vitandum, præsentemque sanctionem omnino obseruandum præcipimus.

PRAGMATICA XII.

REGIS *Ferdinandi primi.* Si Processus alicuius relati per aliquẽ ex Cõsiliarijs semel capta sit, causam ad relationem deductam donec prorsus expedita sit alterius processus relatione turbari, atque interrumpi prohibemus. Idq. iuxta tenorem Constitutionis Regni, pręsenti decernimus, quã hactenus male seruatam fuisse audiuimus.

Dux de Alcala Vice Rex.

CONSTITVTIO illa pręsenti lege satis prouide facta etiā post renouationem & confirmationem istam male obseruata est, Mādamus propterea illam obseruari cum temperamento, de quo in pręcedenti sanctione facta super ordine expediendarum causarum.

PRAGMATICA XIII.

Modus in causis votandis per Consiliarios.

REGIS *Ferdinandi primi*. Post causæ relationem, cum pensitata omnia ad illam spectantia, atque discussa fuerint, decernimus, vt per eum qui in Concilio præsidebit vota exquirantur, in quibus explicandis, relatorem ipsiusq. collegas si forte plures fuerint, primum locum habere volumus arguendi ad partes relatori potestatem concedentes, ita tamen vt in alterutram partem tandem præcise, ac sine condicione concludat, Post quem pari modo alij quoque Consiliarij quo fuerint ordine interrogati, secundum Deum, rectamque animi conscientiam libere atque simpliciter vota sua sententiasq. explicabunt, nisi est dictis & allegatis per alios repetētes. satis enim fuerit opinionem in qua sint declarare quam tātum si nouis rationibus iuribusque comprobare voluerint, ad faciendum potestatem esse mādamus, pariterque concedimus si à contra opinantium sententia discedere, vel aliter sentire voluerint, opinionem, vt suam rationibus firmare, & in contrarium deducta confutare, queant, nec relatori, vel alijs ex Consiliarijs licere volumus collegas suam dicentes sentētiam perturbare, nisi aliter se rem habere, quam ab eo qui sententiam dicit, præsupponetur, vel aliquid aliud in facto admonere voluerint, votis autem omnibus exquisitis rem de qua agitur discutere modeste pro veritate inquirenda Consiliarijs licere annuimus, etiam si Libros inspicere opus extiterit, quo iustitia clarius elucescat, Idemque Præsidens ab opinionum pluralitate concludere teneatur, Dum vero vota exquirentur, Secretarium Concilij solum antedictis interesse iubemus, qui Præsidentium cuiusq. vota, ac demum conclusionem quę facta fuerit in modū qui sequitur in registro annotet, videlicet die, &c. Præsidentibus in Concilio, &c. In tali causa, &c. Cōclusum fuit, &c. Ac mox notulam per relationem vt infra proxime dandam inferat.

Causę incœptæ votari nō procrastinētur, et sententiæ latæ manu relatoris firmētur h.d. cum duab. seq.

SEQVITVR *Ferdinandi primi*. Conclusione à prædicto Præsidente, secundum plurium opiniones in causis facta à relatore notula in Concilio legenda formabitur, ad cuius inspectionem, vt corrigi, emendarique possit si vlla sui parte clauda esset, consiliarios omnes ceteris post habitis rebus conuenire mandamus, à quibus vbi approbata vel emendata fuerit, eam relatoris prius, mox vero Præsidentis prędicti manu signari signatamque, vt in registro notetur Secretario

tradi

tradi mandamus, vt postea ad expediendum ordinationem ipsius in forma partibus publicari queat, quem à Secretario sub custodia notulam conseruari iubemus.

DVx *de Alcala*, *&c.* Non defuere in præsenti explicandorum votorum tractatu post has Regis Ferdinandi ordinationes aliæ subscriptæ per Catholicam Maiestatem felicis recordationis edire huiusmodi sub tenore.

ITEM quod postquam f erit causa disputata, non possit alia referri seu uotari in dicto Concilio, donec illa fuerit votata, nisi iusto impedimento existente, possint etiam, si causa fuerit ardua & dubia, differre votare dictam causam per tres dies tantum, & interim possint referri aliquæ causæ breues, quæ infra illud tempus possint expediri, vel aliquæ causæ summariæ, quæ de sui natura non sequuntur ordinarium.

ITEM quod si causa fuerit cœpta votari, & relator dederit uotum suum, non possit differri votari per alios, sed, antequam recedatur à loco Concilij, votetur per omnes, nisi appareat & emergat tale dubium, quod diuideatur etiam illis, qui votauerunt, vel maiori parti Concilij quod debeat differri in crastinum.

ITEM quod causa votata debeat scribi incontinenti conclusio dictæ causæ communi voto, vel in discordia antequam recedatur à loco Concilij Et facta & scripta conclusione votorum, non possit mutari substantia dictę cõclusionis inconsulta Regia Maiestate, vel illius Locumtenente generali, sed secundum ipsam conclusionem, debeat omnino ferri sententia infra sex dies immediate sequentes.

ITEM quod sententiæ, antequam publicentur, debeant videri per dictos relatores, & ipsarum manu signari.

ITEM quod decreta non indigeant promulgatione, sed statim facto decreto (quod etiã debeat signari manu relatoris seu cõmissarij) intimetur partibus, & detur copia vt non impediatur cursus causarũ.

PRAEDICTAS Catholici Regis institutiones super explicatione descriptioneque votorum, & alijs in eis contentis circumspecteque satis, & considerate factas, renouantes iuxta illarũ seriem præcipimus obseruari, ijs tantum quæ in prima de discussione inter Consiliarios post explicata vota, ac in ea & alijs suprascriptis de interuentu Secretarij atque illius annotatione disposita sunt omnino explosis, sed secundum morem diutius obseruatum, quæ in ijs de Secretario tradita sunt, per Consiliarium vltimum in aula Commissarij residentem, fiãt & describantur in diffinitiuis omnibus, ac etiam in interlocutorijs magnæ importantiæ, & in alijs vbi votorũ diuersitas interuenerit, in quorum quidem votorum explicatioae, ne dum votantem ab alijs interrumpi modo aliquo nolumus, vt in præmissis statutum est, sed

quod Conciliarius quisque, ac etiam Pręsidens, antequam votandi locum sibi competere cœperit, verbis, signis, aut quouis modo in quã sit iturus sententiam, significet, omnino prohibemus, contrafacientibus pœna non leui nostro arbitrio reseruata imminenti.

PVBLICATIO vero dictorum votorum non in sex dies, sed per diem immediate sequentem fieri debeat, iuxta nouam Regiam prouisionem subscriptam.

Causæ hodie relatæ cras votẽtur & publicẽtur.

CAROLVS &c. Considerando noi che compie al seruitio della Cesarea Maestà, & alla buona administratione della giustitia, & per euitare alcuni inconuenienti accio che tutte le cause, le quali s'agitano in qualsiuoglia Tribunale, & signanter in quesso del Sacro Cõseglio, si habbiano da spedire con diligentia & senza dilatione, per tenore di questo nostro ordine vi diciamo, & ordiniamo, che in tutte le cause che in quesso Tribunale occorreno & occorreranno votare che saranno vn dì, l'altro dì sequente le debbiate sententiare senza dilatione nè interuallo, & così essequirete & non altramente, perche com'è detto così compie al seruitio & voluntà di sua Maestà, non facendo altramẽte per quanto desiderate seruire & vbbidire à sua Maestà. *Datum in Ciuitate Neap. die 23. Nouembris. 1534. Post Datum quanto il dì seguente fosse feriato lo riseruareti per lo primo dì de negotij. Datum vt supra. Don Petro di Tolledo. V. Deeolle Regens. V. Foffredus Regẽs. V. Figueroa Regens. Martiranus Secretarius. In Curiæ Locumtenentiæ. 2.*

PRAGMATICA XIIII.

Consiliarij tribus horis in Consilio mane adsistãt, & post prandium domi duabus horis ad minus litigantes audiant.

REGIS *Ferdinandi primi.* Sacri nostri Consilij Consiliarios, si iusta non fuerint causa impediti, statura hora mane in Consiliũ venire volumus, atque ibi tribus continue horis permorari quod qui facere neglexerit, cum pro temporis omissi rata gagiorum stipendij minus assequi decernimus, cuius rei per dies singulos à Secretario fiet annotatio, ijdem Consiliarij iuridica qualibet die in causis sibi commissis post prandium domi suæ, omni qua decens est patientia grauitateque, litigantes, Procuratores & Aduocatos duabus ad minus horis audiant. Hucusque Ferdinandus.

HAEC audientia post prandium domi præstanda contemporalia ab omnibus Consiliarijs eadem erit hora inchoanda, à mense scilicet Aprilis, vsque ad mensem Octobris hora decima octaua: à mense autem Octobris, usque ad mensem Aprilis hora vigesima, sicque in posterum seruari iubemus.

PRAGMATICA XV.

REGIS *Ferdinandi primi.* Testium examinatione ne per falsitatem corruptelamue litigantibus damnum afferatur, Consilia

rios

rios in causis sibi commissis, vna cum sua actorum Notario interesse decernimus. Si tamen à iudicij loco testes abfuerint, Consiliarij arbitrio relinquimus, vt vel ordinarijs locorum testium audientiam cõmittat, vel actorum Notarium, siue alium quemuis idoneum partibus non suspectum ad examinandum destinet, prout causę natura, ac personarum qualitas & locum distantia suadebunt.

Ducis de Alcala Vice Regis noua super prędictis dispositio.

CAVSARVM expeditioni, quarum multitudo hisce temporibus tantopere creuit, interuentus iste Consiliariorum passim in examine omnium causarum nimis obesset, magnumque præstaret impedimentum propterea id vsu non receptum, nisi vrgenti & racionabili subsistente causa Sacro Concilio vel causæ Commissario aliter visum fuerit, quo casu pro examine intra hanc Ciuitatem faciendo, causę Commissarius nihil recipiat a litigantibus, communiter autem examen fit per Scribas seu examinatores electos & approbatos a Præsidẽte, vel per ordinarios locorum, quibus in præmissis casibus committitur, sicque seruandum: Et quoniam Scribarum seu examinatorum præfatorum, & forte non habilium numerus, vt accepimus, vltra modum auctus hodie reperitur, mandamus omnes modo existentes cõuocari, & per Præsidentẽ diligenter examinari, & ex habilioribus quadraginta tantum remanere debere vltra quem numero prædicto subrogetur, vel necessitate suggerente eiusdem Sacri Concilij Præsidenti aliter fuerit visum, & ij quadraginta, & alij eorum loco subrogandi, vel ex causa (vt præmissum est) addendi non aliter admittatur, nec officium prædictum exerceant, nisi præstita prius per eos idonea cautione de bene, legaliter, & fideliter administrando & exercendo officium prædictum sub pœna vnciarum quinquaginta.

Eligantur quadraginta examinatores pro causis examinandis approbati à Pręsidente & Consiliarij examinationibus nõ vacent nisi de necessitate.

PRAGMATICA XVI.

REGIS *Ferdinandi primi.* Ex Sacri nostri Consilij Consiliarios in causis sibi commissis vnusquisque solum super incidentibus prouideat, atque illa ex sua commissionis forma determinare posse Maiestati nostræ placitum est. Quod effici mandamus, nisi aliqua iusta ex causa Commissario eodem Consilio relationẽ facere videatur.

Don Perafannus Dux de Alcala Vice Rex. &c.

DVM autem contigerit de incidentibus relationem in Consilio fieri, seruetur institutio Cath. Maiestatis tenoris subscripti, videlicet.

Item postquam facta fuerit relatio de aliquo incidenti vel emergenti per aliquem ex Regijs consiliarijs, debeat votari immediate, antequam de alijs incidentibus fiat relatio, nisi ex aliqua iusta causa differatur, & tunc non possit differri nisi ad sequentem diem & interim alia expediri, excepto casu impedimenti relatoris.

PRAGMATICA XVII.

Regis *Ferdinandi primi.* Consiliariorum vota nostrorum, tã ante, quam post latam sententiam, arcano velari silentio mandamus, quapropter si quisque siue Consiliarius, siue Consilij Secretarius, actorumue Magister, aut Hostiarius illa detexerint, priuationis officij pœnæ, atque etiam Maiestatis nostræ arbitrio decernendę teneri volumus.

Extat Pragmatica Cæsareę Maiestatis recolendę per secula memoriæ, edita inter alias, atque impressa in oppido Mandritti, die 11. mensis Nouemb. 1539. præcedenti conformis. Quas omnes sub pœnis in ijs contentis, & alijs arbitrarijs in eisdem reseruatis rigide explicandis & exequendis obseruari pręcipimus. Mandantes Consiliarios omnimodam adhibere diligentiam votorum notitiam etiam à personis in præsenti sanctione descriptis nullatenus haberi.

PRAGMATICA XVIII.

Ferdinandus *primus.* Relationes de incidentibus, quas per Magnam Curiam Vicarię, aliarumque Curiarum Iudices Sacro fieri in Concilio prouisum est, Mercurij tantum die, venturo tempore faciendas decernimus, ne ab illis res aliæ per Concilium agendæ, vt hactenus factum est, impediantur. Itaque in posterum alio sine monitu partes, vt ad eandem audiendam relationem in Concilio cõpareant, monitæ censeantur.

Dux de Alcala Vice Rex.

Longo iam tempore dies Iouis pro incidentium relationibus per Magnam Curiam Vicariæ, & aliarum inferiorum huius Ciuitatis faciendis statutus est.

PRAGMATICA XIX.

Ferdinandus *primus.* Quoniam venerabilem Sacri nostri Concilij eiusdemq. Præsidentis & Consiliariorum conspectum esse decet, Ideo Aduocatis Procuratoribusque ac litigantibus quibuslibet nostro edicitur mandato, vt Concilium ingrediẽtes ceruice flexa illos venerentur, ac vertice nudo, modeste, humiliq. sermone alloquantur, voce intelligibili, non tamen altius vt hactenus eleuata, nec prius capita cooperiant, quam in Concilio id nutu Præsidentis sibi permissum esse cognouerint.

In-

INGRESSVRI tam Audientiam publicam, quam secretā quo tempore in ea nostri Sacri Concilij Præsidens, & Consiliarij ad res gerendas consederint, cuiuscumque gradus, statusue, ac conditionis fuerint, pileum armaque deponant, cuique ordinationi non paruerint, eos pileo armisque amissis, grauiori pœnæ arbitrio nostro decernendæ obnoxios esse mandamus.

Consimilis extat prouisio Cath. Maiestatis.

ITEM quod nemo audeat arma deferre in dicto Sacro Concilio, quinimmo Sacrum Concilium omnes ingredientes ceruice flexa illos venerentur, & vertice nudo, modesto humilique sermone, & voce intelligibili alloquantur.

PER Sacrum Regium Concilium pro obseruantia Pragmaticarum Serenissimorum Regum, tam Regis Ferdinādi primi, quam Regis Catholici prouisum est, quod ingredientes aulas prædicti Sacri Concilij, cuiuscumque gradus, qualitatis, & conditionis existāt, non audeant secū deferre arma, sub pœna perditionis ipsorum, aliaq. arbitrio eiusdem Sacri Concilij reseruata, die primo mensis Decembris 1557. Marinus Freccia pro Præsidente & Protonotario. Cæsarius Secretarius.

PRAGMATICA XX.

REGIS *Ferdinandi primi*. Aduocatos Procuratoresq. siue publica, siue secreta in audientia postulent, durante postulatione nō sedere, sed stare iubemus, & ea pacientia dicentes alios audire, vt ex aduerso agentium verba non perturbent: Et si plures vnius partis Aduocati Procuratoresue extiterint, vni tantum nomine omnium disputare nostra ex ordinatione permissum esse intelligant.

ADVOCATORVM disputationes in publica sēper Audientia fieri volumus, nisi quando sacro ex iusta causa aliter Concilio videatur.

SI semel in causa disputatum fuerit, Aduocatos eodem super articulo audiri iterum nolumus, nisi aliter ex causa in Concilio Præsidens consueuerit.

IN incidentibus replicari non annuimus, in quibus vni proponere solum, alteri respondere licebit, super diffinitiuis vero vnicam tantum cuique parti replicationem concedimus, nisi ex causa Præsidens aliud ordinauerit.

ADVOCATIS & Procuratoribus, Secretarijs, Actuarijs & causidicis omnibus mādamus, vt si iusta non fuerint causa impediti quotidie statutis horis in Concilium veniant, ibidemq. quamdiu Consiliarij sedebunt à principio vsq. ad finem promorētur, præcipue dum publica regitur Audientia: Hostiarij quoq. in hebdomada deputati, idem sibi mandatum esse cognoscant. quod si mandato huiusmodi contumaces fuerint, suspensionis officij pro prima vice pœnæ obno

xios

xios esse volumus. Quod si indurato corde denuo contrauenire non cessauerint, eos dicto eorum officio priuandos esse decernimus Hucusque Ferdinandus primus.

Ducis de Alcala Vice Regis prædictorum confirmatio.

SECRETARIO, Actuarijs, & Porterijs Sacri Concilij præsentis Edicti obseruantia, inuiolabilis sub pœnis hic annotatis indicitur, quod etiam decreto Sacri Concilij nouissime est renouatum, die 20. Iunij 1543. huiusmodi sub tenore, videlicet.

De Mandato Regio.

EX prouisione facta per Sacrum Regium Concilium mandetur subscriptis, tam præsentibus hebdomadarijs actuarijs præfati Sacri Concilij, quam successiue futuris, sub pœna vnciarum quatuor Regio fisco in casu contrarij applicanda, ac inremissibiliter ab vnoquoque ipsorum exigenda, quatenus ex nunc in antea in ingressu Excellentis domini Præsidentis, & Magnificorum Regiorum Consiliariorum ad aulas ipsius Sacri Concilij debeant personaliter in ipso Sacro Concilio assistere, ibidemq. permanere, & eorum officium exercere, & cum eis, siue altero eorum cum opus fuerit ibi reperiantur, alias, &c. Datum Neap. die 20. Iunij. 1543. Hieronymus Seuerinus Præsidens. Nicolaus Vincentius Cæsareus Secretarius.

M. Cola Vincenzo Cesareo.	M. Gio. Portio.
M. Vincenzo Bozzauotra.	M Gio. Dominico Tramontano.
M. Ludouico Romano.	M. Tomaso Palomba.
M. Cesare Guerra.	M. Mathio Daniele.
M. Giuseppe Mancuso.	M. Laurenzo Margiotta.
M. Pompeo Portio.	M. Gio. Bernardino Balsamo.
	M. Gio. Pietro de Iubeno.

Dux de Alcala Vice Rex.

ADVOCATI autem & Procuratores eisdem in horis vocati, si in Palatio Concilij fuerint, præconis siue Porterij voce audita statim velociterq. aulam in qua vocantur ingredi teneantur, contra uenientibus Presidentis arbitrio pœnæ infligenda, Si vero abfuerint illorum absentia non obstante ad ea quæ incumbunt, ijs non expectatis procedatur.

PRAGMATICA XXI.

Aduocato presēte Procuratores in dula quicq̄ picant nisi rro factum recordando

FERDINANDVS primus. Præsente Aduocato, Procuratori in causa quicquam dicere, siue in Concilio, siue coram Commissarijs fuerint, licere non permittimus: Eidem tamen, si in facto quippiam Aduocatos errare animaduerterit, modeste admonendi potestatem non subducimus coram Cōmissarijs: Aduocati, Procuratoresq. causidici & litigantes coercendam sibi linguam esse meminerint, nec immodeste ac sine reuerentia verba temere effundant, neue inter se, aut

aut cum aduersario importunius rixentur, aut incontinenter odiosa iurgia prorumpant, non tamen pro alientis iure defendendo quicquid voluerit dicendi Aduocato potestatem adscindimus, etiam si ea in medium afferri oportet, quæ sine partis alteriusue personæ iniuria explicari nequirent, modo id pro causæ defensione, & quantum poterit cum modestia factum esse noscatur, contrauenientes vero ipsius Cōsiliarij, vel Sacri nostri Concilij arbitrio mulctandos permittimus.

& sint reuerentes. h. d. cũ cõsi. seq. pœna apposita h. d.

Et quoniam silentio Magistratibus honor exhibetur, & causæ cōmodius cognoscuntur, Ideo Regni Constitutioni super hoc editæ, & hactenus male seruatæ antiquum robur restituimus, cuius inferius singula verba, vt omnibus innotescant apponi iussimus.

Tenor *Constitutionis est*. Cultus iustitiæ silentium reputatur. eorum igitur insolentijs occurrentes, qui iudiciorum ordinem tumultuosis clamoribus sæpe perturbant, statuimus in posterum litigantes quoslibet alios in iudicijs existentes, cum reuerentia Magistratus iura reddentis quietem iustitiæ obseruare, ne priusquam licētiam ab eo qui iudicio præerit consequantur iura sua proponere audeant, vel pro alio postulare, sic modeste partes volumus pro se, vel pro alijs in iudicijs præorare, vt, etiam si Aduocato dicenti Aduocatus eius, vel pars priucipalis aliquid ad memoriam de iure vel de facto reducat, mature sine strepitu aliquo dicere studeat, quod intendit, nisi forte celeris protestationis necessitas, aut quod incontinenti quis Aduocati corrigere velit errorem, interruptionem inducat, cum inferri sibi præiudicium aliquis ex taciturnitate veretur. si quis autem postquam ter per interualla aliqua à Baiulo vel à iudice fuerit admonitus, vel si sit aliquis, prout assolet, Iudici, & iudicio tædiosus, & semel, bis, & ter, absq. interuallis aliquibus interdictus tacere noluerit, si rusticus fuerit vnum augustalem, si burgensis, duos, si similes, quatuor, si Baro, octo, si Comes, sexdecim augustales Curiæ nostræ componant, scituris pro firmo quibuslibet officialibus nostris, quod si ob gratiam alicui pœnam iam dimiserint, nos de bonis suis proprijs ipsam integre proculdubio prosequemur.

Constitvtionem Diui Federici Imperatoris super iuramēto ab Aduocatis præstando in Regno editam, quā in desuetudinem abijcisse accepimus, renouantes inuiolabiliter seruari statuimus: proinde eius tenorem præsentibus inseri mandauimus.

Tenor *Constitutionis est*. Aduocatos tam in Curia nostra, quam etiam coram Prouinciarum Iustitiarijs & Baiulis statuendos, necnon & per partes singulas Regni nostri ante receptum officiũ tactis Sacrosanctis Euangelijs, corporalia volumus sacramēta præ-

Aduocati iurent se nō defensuros causas iniustes,

stare,

quas cogni tas dimittãt, & non pacifcantur de parte litis, & clerici pro laicis non patrocinẽtur. h. d.

ftare, quod partes quarũ patrocinium fufceperint cum omni fide & veritate fine tergiuerfatione aliqua adiuuare curabunt, ipfas de facto non inftruant contra veram confcientiam nullatenus allegabunt, & quod caufas nõ recipiant defperatas, & fi quas forte receperint partis fortaffe mendacijs coloratas, quæ iufte fibi in principio videbantur, & in proceffu iudicij vel de facto vel de iure compareant ipfis iniufte ipfarum patrocinium incontinenti dimittant.

SPRETAE parti, prout prifcis legibus eft ftatutum, licentia conuolandi ad vlterius patrocinium deneganda, iurabunt etiã quod augumentum falarij in proceffu iudicij non requirent, nec de parte litis queant pactiones.

QVOD facramentum non tantum femel præftitiffe fufficiat, fed coram Magiftro Iuftitiæ & iufti racionum, anno quolibet renouabunt. Si quis autem Aduocatorum contra prædictam formam & facramentum venire tentauerint, in aliqua caufa parua vel magna ab officio cum perpetuæ infamiæ nota remotus, tres libras auri puriffimas fifco noftro componat, Denique clericos in fecularibus caufis & iudicijs omnino prȩftare patrocinia prohibemus, præterquam in caufis fuis proprijs, confanguineorum vel affinium. Item in caufis Ecclefiarum, ac miferabilium perfonarum, Ita vt tunc etiam fine pretio valeant poftulare. Si quis autem noftrorum fidelium ad aduocandum ipfum admiferit præfenti noftra Conftitutione contenta libram vnã auri Sacro Aerario noftro feillaturum agnofcat, Aduocata nihilominus, qui illicitum patrocinium recipere præfumpferit, eadem pœna mulctando.

PRAGMATICA XXII.

FERDINANDVS *primus*. Quia non omnibus paffim in Sacro noftro Concilio poftulandi officio exercere fas eft, Ideo eos tantum patronos caufarum ibidem patrocinari poffe volumus, qui prius ab eodem noftro Concilio examinati, rigorofeq. prȩcedenti examine idonei reperti ad id munus admiffi fuerint, Ita eorum vita, moribus & virtute fuadentibus, quod etiam in Procuratoribus obferuari mãdamus.

Dux de Alcala Vice Rex.

Procuratores examinẽtur & non approbati nõ exerceat.

PROCVRATORVM examinatio & approbatio, per quam neceffaria eft vt litigantium vtilitati confulatur, qui ab illorum ignorantia grauiffime perfaepe læduntur: Et vt prȩeminentiȩ huius fupremi Tribunalis prouideatur, ne earundem ineptijs offendatur: Fiat propterea vt hic ftatutum eft, ac etiã a Catholica Maieftate per aliud Capitulum Pragmaticȩ fuperius dictȩ tenoris fubfequentis.

ITEM quia non omnibus in Sacro Concilio procurandi officiũ

exercere

exercere fas est, Ideo eos tantum Procuratores causarum ibidem exerceri volumus, qui prius ab eodem Sacro Cõcilio examinati fuerint & approbati.

Qvo ad Aduocatos, quia dum doctoratus insignia recipiũt, examen illud subeunt, propterea aliter examinari non consueuerunt, doctoralibus itaque insignis decoratis liceat patrocinari libere in Concilio & postulare, alijs vero non, nisi secundum formam hic traditã,

Aduocati sufficit approbatio Collegij.

PRAGMATICA XXIII.

Nõ licet aduocare ĩ causis ubi Iudices sunt propinqui seu cõsanguinei qui nec interesse posũt discussioni quarumuis causarũ coniunctorum. ĩ.d.cũ seq.

Regis *Ferdinandi primi.* Ad tollendas suspiciones, quæ litigãtibus occurrere solent, decernimus non posse quemquam patrocinari, seu consulere, publice vel secrete in causis, in quibus Commissarius seu relator causę esset sibi consanguineus vsque ad tertium gradum inclusiue, sub pœna suspensionis ab officio. Idem de Procuratoribus & Magistris actorum obseruãdum fore iubemus, vt nemo de cetero audeat esse Magister actorum in causa, in qua aliquis eius affinis vsque ad dictum tertium gradum inclusiue esset procurator.

Ducis de Alcala Vice Regis.

Fvit super hoc per Illustriss. & Reuerendiss. Cardinalem Pacecum, tunc in pręsenti Regno Regiæ Maiestatis Locumtenentem edita Pragmatica sub die 28. mensis Martij 1555. strictius, prouidens, tenore subsequenti.

Item statuimus, quod nullus Iudex maior, siue minor etiã Regentes supremi Regij Collateralis Consilij, & cuiusuis alterius Tribunalis, etiã si esset caput seu Pręsidens Tribualis, possit votare, nec interesse relationi & discusioni quarumuis causarum ciuilium, criminaliũ, siue mixtarum, nec etiam feudalium, in quibus fuerit Aduocatus aliquis eius filius, siue frater vtriusq. vel ex altero latere coniunctus, consobrinus, cognatus, vel nepos siue patruus, licet non sit ipse Commissarius causæ: Et nemo Aduocato cõiunctus alicui ex Iudicibus in pręd ctis gradibus possit secrete & occulte aduocare seu consulere in causa, in qua aliquis ex dictis iudicibus sibi in aliquo ex prædictis gradibus coniunctus iudicaturus est.

Qvae Pragmatica nouissime confirmata est per Illust. Don Ioãnem Mãrichium tunc Locumtenentem generalem per aliud Capitulum in Prag. per eum condita die 26. Octobris. 1558. contentum sub his verbis, videlicet.

Illvd pręterea laudabile inuenimus, nec satis tamẽ recte & caste obseruatum, quod in Pragmatica edita sub die 28. Martij. 1555. continetur, atque comprehenditur, quæ in hæc expressa verba scripta est.

Item statuimus quod nullus Index maior siue maior, etiam Regentes

gentes ſupremi Regij Collateralis Concilij, & cuiuſuis alterius Tribunalis, etiam ſi eſſet caput ſeu Præſidens Tribunalis, poſſit votare nec intereſſe relationi & diſcuſsioni quarumuis cauſarum ciuilium, criminalium, ſiue mixtarum, nec etiam feudalium, in quibus fuerit Aduocatus aliquis eius filius ſiue frater vtrinque vel ex altero latare coniunctus, conſobrinus, cognatis, vel nepos, ſeu patruus, licet non ſit ipſe Commiſſarius cauſę: Et nemo Aduocatus coniunctus alicui ex iudicibus in prædictis gradibus poſſit ſecrete & occulte aduocare ſeu cōſulere in cauſa aliqua in qua aliquis ex prædictis iudicibus ſibi in aliquo ex prædictis gradibus iudicaturus eſt.

Qvorvm ordinationes omnino ſeruandas eſſe iubemus, declarantes, & quatenus opus eſt, illam ampliantes, idem ſeruandum eſſe de genero & ſocero, vt ſub eadem comprehendatur diſpoſitione prohibitina.

PRAGMATICA XXIIII.

Magiſtri actorum non approbati à Sacro conſilio non exerceant.

Regis *Ferdinandi primi.* Magiſtros actorum Sacri noſtri Concilij non prius ad dictum officium exercendum admitti volumus, quam ob eodem noſtro Concilio, vt idonei & legales approbati fuerint, quamuis de dicto officio priuilegium a noſtra celſitudine, vel ab alijs prædeceſſoribus noſtris Regibus obtinuerint. Itidem obſeruari iubemus in Maſtiſtris actorum magnæ Curiæ Vicariæ, vt ſimilit a Regente & iudicibus approbari debeant poſt priuilegij de conceſſione dicti eorum officij præſentationē, oportunamque inſpectionē.

Actorvm Magiſtros ad ſuum ſpectantia officium per ſubſtitutos facere iubemus, Mandantes vt proprij labore corporis, & opera Sacro noſtro Concilio & partibus deſeruiant, literis ac priuilegijs quibuſcumque factis, atque in poſterum ſub verborum forma quauis faciendis haud obſtantibus.

Dux de Alcala Vice Rex.

In Pragmatica autem edita per Cæſ. Maieſtatem in Oppido Mandritti 11. Nouembris. 1539. extat Capitulum tenoris ſequentis.

Item mandamus quod habentes officia, debeant ipſi perſonaliter ſeruire & nō per ſubſtitutos, aut alios deputatos abſque noſtra expreſſa licentia, exceptis tamen illis, qui in eorum Priuilegijs a nobis conceſſis ſeu confirmatis ſubſtituendi facultatem habent. Quod erit ſeruandum.

PRAGMATICA XXV.

Regis *Ferdinandi primi.* Magnæ ritum Curiæ Vicarię, ac Regni Capitulum, diſponens, quod Actorum Magiſtri pro ſententiarum ſcripturis, lectura, ac publicatione nihil exigant ſeruari volumus, & contrafacientes, quod a partibus acceperint, reſtituto in

duplum

duplum nostro Fisco applicandam damnari.

Ducis de Alcala Vice Regis.

PER subscriptam Pandectam decreto ipsius Sacri Regij Concilij approbatam, declaratum est ius competens actuarijs pro dictis sententijs, quã in hoc & in alijs in ea contentis seruari pręcipimus, & illius terminos in exactionib⁹ minime excedi, sub pœna in dicto decreto contẽta, cuius decreti & pãdectæ tenor est in modũ qui sequitur. *Datur pandecta solutionum faciendarum in Sacro Cõsilio Magistris actorũ.*

Ex prouisione facta per Sacrum Regium Concilium mandetur Secretario, Actorum Magistris ac Scribis eiusdem Sacri Concilij, quatenus inuiolabiliter seruare debeãt Regiam Pragmaticam super solutionibus faciendis eisdem Secretario, Actorũ Magistris & Scribis, sub pœna priuationis eorum officiorum, tam Pragmaticam editam tẽpore felicis memoriæ Regis Ferdinandi primi, quam Regis Catholici immortalis memoriæ, & prout inferius continetur. Datum Neap. in eodem Sacro Regio Concilio, die 21. Nouembris. 1534. Loffredus Præsidens. Bernardin Galeota. Ioannes Martialis. Quadra. Nicolaus Maiorana. Antonius Baraptucius.

IN primis per la decretatione de ciascuna supplicatione doue fossero dimandate robbe & altre quantità, grana diece.

Itẽ per ciascuna citatione seu inhibitoria dentro di Neap. grana cinq.

Item per ciascuna citatione *cum inserto tenore supplicationis* fuora de Nap. grana diece. Reseruato quando fosse tale citatione che fosse più di due faccie.

Item per ciascuna procura si piglierà per lo Mastro d'atti, & annotata *penes acta* grana cinque. Eccetto si andasse fuora della Città di Napoli à pigliar detta procura, & vi si habbia maggior consideratione secondo la distantia del luogo.

Item per ciascuna presentata di procuratorio fatto fuori di Napoli ò vero substitutione bisognasse, grana diece.

Item per la presentata di petitione *contra supplicationem in principio litis.* grana diece.

Et che de repliche & repliche che si facessero non debbia pigliare cosa alcuna, *nisi vt supra.*

Item per ciascuno decreto che si farà relatione in Sacro Cõseglio per lo Commissario della causa, videlicet, *exceptionibus ad merita reseruatis*, ò vero *oppositis non obstantibus procedatur*, per ciascuno decreto grana diece al Mastro d'atti di detta causa, & altre grana diece al Mastro d'atti del Secreto.

Item se occorresse che si donasse decreto *stantibus exceptionibus allegatis per partem aduersam*, *in causa non procedatur*, & che tale decreto fosse importante tarì due & mezo & si fosse mediocre tarì vno.

Item per presentata d'articoli & eccettioni, grana diece.

Item per ciascuna citatione di testimonij tanto dentro, quanto fuori di Nap grana cinque.

Item per ciascuna commissione che si fa fuori di Napoli per esaminare, grana dece.

Item per l'esamina di ciascuno testimonio, grana dece.

Fino al numero de vinti articoli seu eccettioni, verum dal detto numero in sù s'abbia da arbitrare più di dette grana dece.

Item per ciascuna giornata fuori di Napoli che si vacarà ad esaminare per lo Mastro d'atti seu scriuano tari quattro, & mangiare & bere & dormire per se & il cauallo, & si paghi l'alloghiere di quello, il Mastro d'atti, seu Scriuano.

Item se occorresse che per li Mastri d'atti seu Scriuani si esaminassero in vn dì trenta testimonij, nō si possa pigliare più di detti tari quattro il dì, & dette spese, *vt supra*.

Item per le copie delli processi che si faranno, si babbiano da dare per ciascuna faccia di carta virgoli vinti, & parti quattro per ciascun virgolo, & quelle si habbiano de dare à ragione di diece carte à tari, saluo se con le parti litiganti venissero ad altra conuentione, come più volte si suol fare.

Item per ciascuna citatione *ad publicandum, an concludendum, & ad dicendum & allegandum,* tanto dentro, come fuori di Napoli.

Item per ciascuna presentata, tanto de instrumenti, quanto di Priuilegij & altre cautele, quali se presentano con le copie, s'habbiano da pigliare per lo Mastro d'atti grana dece, & sia tenuto à quelle fare la presentata, & collatione.

Item che li Mastri d'atti seu Scriuano non debbiano pigliare cosa alcuna da parte litigāte quando vanno à procedere in casa delli Cōmissarij, nè meno de repliche, & altri atti che si facessero.

Item per ciascuna sententia & decreto diffinitiuo, li Mastri d'atti debbiano pigliare dalle parte vittoriose *hoc modo*, videlicet, da cinquāta docati in sessenta, tari due & mezo, & da ducento fino in seicento, tari sette & mezo, & da detta somma fino à mille, & à qualsiuoglia somma ascendesse non habbia à pigliare più di ducati tre, dando la copia di quelle alle parti vittoriose.

Eccettuando à dette sententie & decreti quando fossero di gran Baronie, Contadi, & altri Stati, delli quali si habbia ad hauere maggior consideratione per le parti vittoriose: Et etiam quando fossero di grand'heredità opulente pecuniarie, ascendente al numero di diecemillia docati, che s'habbia ad arbitrare per lo Sacro Conseglio, & suo Presidente.

Item per ciascuno mandato de parendo, & pleggiaria *in casu retractationis*, per ciascun' d'essi grana diece.

Excetto

Eccetto che si la pleggiaria si pigliasse *extra Ciuitatem*, si habbia ad hauere maggior consideratione.

Item che li Mastri d'atti non debbiano pigliare niente per le presentate di esamine che venissero di fuori, fatte per commissioni del Cōmissario.

Item per ciascuna presentata di processo d'appellatione grana diece.

Circa salarium Secretarij extat etiam subscripta Regia prouisio, videlicet.

CAROLVS *Quintus*, &c. Fra gli altri Capitoli, che la Maestà Cesarea ne scriue nella lettera della reformatione delli Regij officiali, è vn Capitolo del tenor sequente, videlicet. CONTRA Antonello Falangone Secretario del dicho Consejo di Santa Clara no se halla otra culpa, sino que lleuaua dos carlines por cada decreto, no deuiendo lleuar mas de vno, por los quales dinno de gran reprehension por lo passado, y de à qui adelante mādamos expressamente, que non lleue mas de vno que esta ordenado, y que en esto y en los otros derechos, que ha de lleuar por razon, de su officio osserue la Pandetta y orden que sta dada, la qual por la presente confirmamos, so pena de la suspension del officio à nuestra voluntad por la primera vez que excediere, por la seconda di priuation perpetua, y que se ponga y tienga en lugar publico la dicha Pandetta y orden en forma autentica con esse Capitolo, paraque los negociantes sepan lo que deuen pagar, y mandamos à los del dicho Consejo, que assi lo hagan obseruar, teniendo especial cuidado dello.

Secretarius exigat carolenum vnū pro decreto et nō vltra.

Et volendo noi obedire alli mandati di sua Maestà come siamo tenuti, vi diciamo & ordiniamo, che inspetta per voi il tenore & forma del detto preinserto Capitolo, debbiate ordinare che quello sia essequito & complito, iusta la sua continentia & tenore, che tal'è nostra voluntà & intentione, & compie al seruitio della prefata Maestà Cesarea. *Datum in Castro nouo Neap. die 18. mensis Februarij.* 1540. Don Petro de Toledo. *V. Decolle Regens. Vidit Loffredus Regens. Martiranus Secretarius.*

PRAGMATICA XXVI.

FERDINANDVS *primus*. Ne à iuris tramite discedatur, scripturarum copias, quas exhiberi in actis contigit, si pars, cuius interest, vel eius Procurator, Sindicus actorum, tutor, curator, vel alicuius Administrator præsentes non fuerint, vel saltem requisiti nō extiterint, cum originalibus conferri prohibemus. Quod si aliter facta fuerit collatio, inualida, nullisque momenti aut roboris illā esse declaramus, suspensionis officij, quatuor in menses pœnæ actorum Notarium subijcientes, quæ etiam parti læsæ ad interesse teneri mandamus.

Copiæ cōferātur cū originalibus et supplicationes subscribantur ab Aduocatis, ac cōclusione facta processus apportetur ad Iudices.

ACTORVM Notarijs pro quolibet examinato in Ciuitate teste, grana decem presolui volumus, extra Ciuitatem vero proficiscentibus, victus tantum, expensas, carlenosque octo singulos in dies mercedem constituimus, prout hactenus consuetum extitit, nisi Sacro aliud Consilio videatur.

SVPPLICATIONES, libellosq. nisi in extrema Aduocati manu pagina signati fuerint, afferri prohibemus, quod si aliter Secretarius, Actorumque Magistri receperint, Sacri Concilij arbitrio mulctandos subijcimus.

CONCLVSIONE facta, processum causę Iudici de ea cognoscenti ab Actorum Magistro infra dies octo post conclusionem præsentari volumus in volumine per chartarum numerum ordinatum signato, quo processus eiusmodi à citatione, vel à rescripti exhibitione ad conclusionem vsque inclusiue suo ordine, ac sine prepósterationе sequentibus actis descriptus appareat cum Millesimi, Indictionis, Mensis, diei, locique notatione, cum personarumque scripturas exhibuerint descriptione, scripturarumque exhibitione, fida registratione, & cum summarij cuiuslibet actus in margine extractione, prohibens ab alio quam ab actorum Magistro, citationes, aliosue actus scribi, ducatorum pœna sex omnibus qui tales actus scribendo sanctioni nostrę contrauenerit statuta.

Dux de Alcala Vice Rex.

Acta ordinētur à Scribis matriculatis, & in pede scripturarū sit subscriptio actorū magistri.

HANC institutionem omnino seruandá esse iubemus, & quod in calce ipsius dicitur actus omnes Actuarij manu esse scribendos propter causarū multitudinem, receptum est, vt ab alijs vel Scribis ipsorum approbatis & matriculatis per Sacrum Concilium acta omnia conscribantur, sicque vt ab illis tantum & non alijs seruandū: Addentes quod citationes omnes & mandata, quęcumq. litterę executoriales, fideiussiones, sententię diffinitiuæ, & commissiones quęcunque, ac presentationes scripturarum ipsius Magistri actorū principalis manu saltem subscribantur & non alterius, etiam si Scriba matriculatus fuerit, nec is, vel alius quisquam præsumat, prout hactenus pessimo abusu obseruatum audiuimus manu sua in subscriptionibus quorumcumque actorum apponere nomen actuarij seu subscriptionem quasi ab illo factam, sub pœna priuationis officij & alia grauiori ipsius Concilij arbitrio reseruata, quorum Scribarum numerú moderari, atque per ipsum Sacrum Concilium taxari iubemus.

Porterū per hebdomadā seruiāt et nō intrēt in aulas nisi vocati.

PRAGMATICA XXVII.

REGIS *Ferdinandi primi*. Hostiarios qui in Concilio deputati fuerint per hebdomadas seruiri iubemus & vt eorum qui seruient quoties hebdomadarij fuerint notitia habeatur sing... Se-

creta-

cretario hebdomadis suorum scedula nominum à seruientibus dari volumus, neq. eos secretam in Audientiam, quandiu ibidem ad causas expediendas consident Consiliarij, nisi vocatos ingredi permittimus, quod si scedulas aut mandata aliqua ad Præsidentem Consiliariosue deferre voluerint, priusquam ingrediantur baculo siue Audiẽtiæ ianuam pulsandam esse sciant, nec tamen nisi vocati fuerint ipsis ad Præsidentem Consiliariosue aditum patere volumus: Easdem quoque sua quorumlibet in hebdomada mane Consiliariorum ante aduentum in Consilium venire, locumq. Audientiæ reparare. Et quę pro tempore agenda fuerint curare mandamus contumacibus priuationis officij, & aliam Sacri arbitrio Concilij pœnam constituimus.

Exequtoriales sententiarum nostri Concilij, decretorumque litteras inter Hostiarios in Concilio arbitrio Præsidentis, vt quilibet suã ratam assequatur distribui mandamus.

Dux de Alcala Vice Rex.

AEQVALITATEM omnino pro posse seruandã esse inter prædictos Hostiarios, tam circa labores, quam circa gagia & emolumenta, præcipiendo prouidendum est, quod modo Actuariorum & Scribarum ipsius Sacri Concilij abusum non ferendo male seruatũ audimus, iniungimus propterea ipsius Sacri Regij Concilij Præsidẽti & Consiliarijs, quod super hoc de opportuno prouideant remedio, & prædictorum fraudibus occurrant, Hostiariorum prædictorum numerus, prout nunc est duodenarius ita de cetero obseruetur vt supra hunc numerum alius pacto aliquo non admittatur.

PRAGMATICA XXXVIII.

REGIS *Ferdinandi primi.* Hostiarijs Sacri Concilij nostri quoties extra Ciuitatem ad aliquod exequendum mittentur, cum victus expensis carlenorum quattuor salarium decernimus.

Dux de Alcala Vice Rex.

FVIT super hoc latum decretum per Sacrum Concilium, die 22. Nouembris 1537. serie subsequenti.

Ex causis mentem Sacri Concilij iuste mouentibus prouisum est, quod ex nunc in antea executoribus sententiarum & decretorum prædicti Sacri Concilij, siue sint Porterij siue Scribæ, seu quæcumque persona, soluatur salarium consuetum solui Regijs Porterijs ipsius Sacri Concilij, videlicet, carlenos quinque cum expensis tantum & minus si pro minori pretio partes se concordare poterunt, verum si erit executio facienda talis quod requirat scientiam & industriam personę, tũc solui possit salarium per Regiam Pragmaticam taxatum, videlicet carlenos octo cum expensis, Quod salarium debeat esse ipsius executoris, nec in eo habere debeat partem actorũ Magister: Et

Executoribus soluantur carleni quinque cũ expensis.

vltra dictum salarium non possit exigi nec recipi à volentibus, sub pœna priuationis officij contrafacientibus, & alia arbitrio eiusdem Sacri Concilij reseruata.

Loffredus Præsidens.	Galeotus Fonseca.
Ioannes Martialis.	Ioannes Thomas de Minadois.
Nicolaus Maiorana.	Antonius Baraptucius.
Bernardinus Galeota.	Thomas Grammaticus.
	Antonellus Secretarius.

QVOD temporum qualitate attenta seruandum est.

EXTAT etiam aliud Capitulum Hostiariorum, pertinens ad officium in Pragmatica Catholicę Maiestatis, sub his verbis descriptũ.

ITEM quod Porterij Regij teneantur eadem vel sequenti die referre Magistro actorum intimationes, per eos partibus factas, referendo horam intimationis factę, & nomina personarum, quibus est facta intimatio quando personaliter nõ reperientur principales, si causa per Pocuratores agitabitur: Et si forte fiet in domo, exprimatur nomẽ personę cui fuerit facta, & per Magistros Actorum debeat in actis dicta relatio continuarij ad pœnam priuationis officij.

PRAGMATICA XXIX.

Temere appellãtes mulctãtur. h. d. cum seq.

REGIS *Ferdinandi primi.* Si post interlocutorias diffinitasue sententias à minori quisque foro ad Sacri Tribunal Cõcilij nostri friuolas, vt aduersarium defatiget, litemque proferat, appellationes detulerit, illi mulctam Concilij eiusdem arbitrio indicendam decernimus, quæ si pecuniaria extiterit, nostrum in fiscum congeretur, mulctato vero in Procuratorem & Aduocatum, actorem, tutorem, curatoremque, & alios administratores, quorum non recto Consilio damnũ subierit, repetendæ pæna actionem esse mandamus, quod si ex actis, siue alio quouis modo eorundem dolo culpa, atque calũnia oppositiones huiusmodi interpositas esse plane, notorioque constiterit tunc ipsos tantum proprio nomine procuratores, actores, aduocatosque, tutores, & curatores, administratoresque alios pœnæ in duplum nostro à Concilio inferendæ, vt circuitus euitetur, obnoxios esse iubemus,

In Pragmatica per Cath. Maiest. edita, extat Cap. subsequens.

ITEM quod temere appellantes à magna Curia Vicariæ condemnentur ad pœnam in Constitutione contentam, irremissibiliter à partibus exigendam.

DECRETO autem ipsius Sacri Concilij, quod præsentium tenore approbamus, appellantes temere à grauaminibus magnę Curiæ Vicarię & admiratię, pœna carlenorum quindecim vice qualibet puniuntur, cuius tenor talis est.

Extat decretum & ordo Sacro Regio Concilio hactenus interpositum, per quod fuit prouisum & ordinatum quod temere appellantes à grauaminibus Magnæ Curiæ Vicariæ & curiæ admiratiæ teneantur & debeant soluere pœnam carlenorum quindecim vice qualibet, pro vt latius in eodem decreto & ordine continetur. Quod decretum & ordinem prædictum, Sacrum Regium Concilium mandat inuiolabiliter obseruari, Ita quod qui ex nunc in antea appellauerit temere, vt supra, inremissibiliter pœna prædicta carlenorum quindecim exigatur, iuxta ordinem eiusdem Sacri Regij Concilij Datum Neap. in eodem Sacro Regio Concilio, die 16. Mensis Iunij. 1533. Loffredus Præsidens. Ioannes Martialis. Antonius Capitius. Nicolaus Maiorana. Bernardinus Galeota. Bernardinus Sancius.

Et ne ipsius pœnæ impositio elusoria redderetur, eiusdem Concilij decreto siue mandato prouisum est, quod Actuarij nomina præsentatum supplicationes super grauaminibus prædictis annotare debeant in eisdem, vt sciri possit à quibus pœna sit exigenda, cuius prouisionis tenorem approbantes, illũ præsentibus inseri mandauimus.

In supplicationibus appellationũ annotentur nomina præsentantiũ, et non vtentes dilationib⁹ petitis puniantur.

Ex prouisione facta per Sacrum Regium Concilium. Quoniam alias fuit iniunctum & mandatum actorum Magistris dicti Sacri Cõcilij, vt in supplicationibus quæ offeruntur per viam grauaminis & recursus à Magna Curia Vicariæ, ad idem Sacrum Concilium deberent annotare personas per quas supplicationes ipsæ præsentantur: Et quia nuper repertæ fuerunt aliquæ supplicationes dictorum grauaminum sine nominibus eas præsentantium, proinde mãdetur prędictis actorum Magistris dicti Sacri Concilij, & eorum cuilibet, sub pœna vnciarum duarum à quolibet contraueniente inremissibiliter exigenda, quatenus in dictis supplicationibus porrigendis, grauaminum & recursum prædictorum debeant describere & annotare nomina ipsas præsentantium. Necnon eisdem mandetur sub pœna eadem vt, quando fuerint factæ nominationes, & concesse dilationes partibus, seu earum Procuratoribus, quibus postmodum nõ vsi fuerint, incontinenti debeat illas notificare sub scripto eiusdem Sacri Concilij Secretario, ad hoc vt possint ab ipsis petentibus ac non vtentibus, exigi pœnæ in decretis super interpositis contentæ, alias procedetur contra eos ad exactionem dictæ pœnæ, prout iuris fuerit. Datum Neap. die 29 mensis Nouembris 1550. H. Seuerinus Præsidens & Vice Protonotarius. Nicolaus Vincentius Cæsaris Secretarius.

PRAGMATICA XXX.

Pro articulis imperti-

Ferdinandus *primus*. Quisquis contra legis ante vel post publicationem processus, seu post promulgatam diffinitiuã sen-

nentibus ap posita est pœna

tentiam in pronocationis reuisionisq. causa impertinentes articulos primæ positionibus causę de directo aduersos, vel idem continentes formam attentauerit, pœna carlenorum decem, vt minima nostrum in fiscum inferenda quolibet pro impertinenti articulo mulctetur, & alia grauiori pœna Sacri nostri Cōcilij arbitrio ingerenda, in qua personarum & causæ qualitatis rationem haberi volumus, ea lege huic cōdicioni addita, vt quicumque procuratoris, actoris, & aduocati, tutoris, curatoris, atque alterius administratoris, dolo, culpa, vel calumnia in damnum inciderit, quam pœnam soluit, ab eisdem repetere possit, quos si in dolo fuisse liquido constiterit, superioris pœnæ duplicatę, cliente absoluto, reos esse decernimus.

PRAGMATICA XXXI.

Dilationib⁹ non vtentes puniūtur vt hic, & in vltra marinis sit depositū cum seq.

QVONIAM in termino ad probandum super principali negotio, vel etiam ad comprobandum scripturas siue impugnandū, identidemque ad reprobationem testium seu in integrum restitutionis beneficio prima vel secunda vice super nouis vel antiquis articulis concesso quod vulgariter primum & secundum beneficium in Regno nuncupatur, secundum editam super hoc Constitutionem calūniośe vltra marinam, vel etiam minorem, illam non vsuri, quidem sæpe dilationem petere consueuerunt, ne cuiquam id in posterum impune facere contingat, decernimus eum qui dilationem huiusmodi petierit nequicquam intra illarum tempora probauerit ducatorum sex nostrum in fiscum peruentura pœna mulctandum esse grauiori alia pœna nostri Concilij arbitrio reseruata, personarū tamen & causarum qualitate perspecta, depositum quoque quod pro vltra marina dilatione pro cursore, secundum ritum consuetudinemque curiarū Regni factum fuerit, si calumniosa petione extiterit, nostro fisco applicandum esse declaramus, & Procuratorem, qui sine speciali mandato easdem per calumnitas dilationes petierit, vel petētas clienti persuaserit, pariterque & Aduocatum cliente absoluto pœnam duplicatam subire mandamus.

Dux de Alcala Vice Rex.

QVOD hic de pœnā contra petentem dilationem vltra marinā vel extra Regnum & ea non vtentem statutum est grauiori pœna per Pragmaticam editam per Illust. Don Raimundum de Cardona tunc Regni huius Vice Regem inter alias iam impressam 10. Decembris 1509. incipientem, Aliam similiter occasionem, &c. vindicatam est.

SACRVM quoque Concilium super prędictis alijs dilationibus arbitrium sibi pręsenti sanctione reseruatum explicando pœnam præ di-

dictam ad summam vnciarum duarum auri, auxit, prout in decreto die 17. Nouembris. 1533. statutum est, videlicet.

DECRETO Sacri Regij Concilij prouisum est, quod pœna vnius vnciç per Regiam Pragmaticam imposita contra eum qui in causa petierit & obtinuerit dilationem vltra marinam, vel repulsam, vel beneficium, & ei visus non fuerit, nec probationes aliquas infra eas fecerit & contra Procuratorem qui sine speciali mandato illas petierit, vel petendas ejus principali persuaserit, duarum vnciarum pœna inremissibiliter exigatur, & quod Magister actorum causæ in qua pars ipsa vel ipsius Procurator in supradictam pœnam inciderit antequam in causa ipsa ad vlteriora procedatur, debeat talis pœnç incursionem notificare Magnifico ipsius Sacri Concilij Prçsidenti, vel ipsius causæ Cõmissario, sub pœna vnius vnciç, hoc suum &c. Antonellus Secretarius.

POENAS prædictas inremissibiliter esse exigendas, alio eiusdem Concilij decreto 3. Martij. 1539. lato prouisum est.

DECRETO ipsius Sacri Regij concili, prouisum est, quod poenç de cetero incurrendç per partes petentes dilationes, & eis vsç non fuerint, debeant ab eisdem inremissibiliter exigi, iuxta tenorẽ Regiç Pragmatice & decreti eiusdem Sacri Concilij desuper interpositi.

NOS autem tenorem decretorum prædictorum approbantes, eadem iuxta illarum seriem obseruari præcipimus.

PRAGMATICA XXXII.

REGIS *Ferdinandi primi.* Post sententias, vel decreta affirmatiua binasq. relationes & sententias conformes, quas ex causç natura, vel Curiarum iudicantiumque priuilegio, siue etiam ex ritu & consuetudine Curiarum appellatione interposita non obstante executio insequi debet, quicumque ad executionem differendam de ipsarum nullitate per calumniam frustatorieque exceperit, vel aliter proposuerit, ducatorum sex poena mulctetur, nostri fisci pecunijs adiungenda, cui si grauiorem poenam nostrum Sacrum Concilium inferre voluerit, ipius arbitrio reseruamus: à Procuratore vero vel Aduocato, quorum id consilio factum sit, si ex actis, vel aliter notorie constituerit, huiusmodi mulctandam exigi duplicem pro quolibet iubemus, cliente absoluto si nulla sibi culpa ascribi poterit.

Appellãt[es] qui duas s[en]tentias con[for]formes pass[i] sunt non p[os]sunt calumniose dicer[e] de nullit.

Dux de Alcala vice Rex.

HODIE vero, cum de nullitate sententiarum Sacri Concilil dicitur contra allegantem & succumbentem grauior est in dicta poena contenta in Regia prouisione annotata.

PRAGMATICA XXXIII.

Delatoriœ oppositiones dolose opponendo mulctatur.

REGIS *Ferdinandi primi*. Cum quis dolose ad litis ingressum impediendum, dilatorias exceptiones aposuerit, pro qualibet eiusmodi exceptione, ne se dolo impune esse visum intelligat, duorum ducatorum pœna nostro fisco adijcienda mulctandum esse decernimus, Sacro nostro Concilio permittentes, vt acriori si sibi visum fuerit, hanc fraudem pœna compescat, quam à Procuratore atque Aduocato qui fraudulenter consuluerint repeti posse concedimus, ea cōdicione, quam in prima harum sanctione posuimus.

PRAGMATICA XXXIIII.

Calumniosè opponẽtes querelã de falso puniūtur vna cũ Aduocatis, & Procuratoribus.

QVERELLAM falsi contra testes principalemque, siue ipsorum alterum ad proferenda tantummodo litium expediendarum tempora quisquis per calumniam dolumque proposuerit, aureorum ducatorum sex, nostrum in fiscum incorporandę, obnoxium pœnæ esse iubemus, mulctamque etiam grauiorem Sacri Cōcilij nostri arbitrio ingerendam subire, pœnæ à Procuratore Aduocatoque repetendæ condicione illa, quæ prima atque secunda harum sanctione continetur, potestate pręmissa.

PRAGMATICA XXXV.

Principalis examinat⁹, & veritatẽ negans punitur.

PRINCIPALEM, qui super facto proprio, vel aliqua litis positione examinatus, ea negauerit, quorum illum habere notitiã credibile fit, & quę infitiatus sit, vera esse testium probationibus cōstiterit, pœnæ à nostro Sacro Concilio decernendę, personarum & causę qualitate pensata subijcimus, regressum pœnæ reposcendæ in Procuratorem Aduocatumque condicione ea, quam prima sanctione posuimus concedentes.

PRAGMATICA XXXVI.

Nō possunt ferri sententiæ contra fiscum ipso inaudito.

SETENTIAS de rebus fiscum nostrum tangentibus in nostro Cōcilio Cameraq. Summariæ, vel alibi promulgatas fiscali Aduocato Procuratoreq. nostris in iuribus non auditis, nullas inualidasq. esse decernimus, sancientes in posterum perpetuo, vt nullus Iudex cuiuscumq. fori extiterit, in causa, qua directe vel indirecte, vel quocumque modo de fisci interesse agatur, siue ea ciuilis siue criminalis vel mixta fuerit, ad diffinitione prolationem sententię, vel ad aliquos actus fisci iuribus pręiudicantes procedere valeat, nisi prius Aduocatum Procuratoremq. fiscales, iura fisci proponentes, audierit. cui sanctioni si Iudex non paruerit, eius sententiam ipso iure nullam, processusq.

& acta causæ eiusmodi nullius momenti roborisq. esse statuimus. Insuperq. Iudicem ipsorum in mulctam nostrę Maiestatis arbitrio reseruatam incidisse declaramus: Et si fisci Procurator Aduocatusque fiscalis pro ipsorum virili iura proponere tueriq. neglexerit, vel si vnus siue alter non communicato inuicem Cōsiliario quicquam in ijs egerint, pœnæ identitatē nostræ Maiestatis, vel nostri Sacri Concilij arbitrio reseruatæ obnoxios esse iubemus, statuentes Procuratorem fiscalem, siue fisci Aduocato, & cōtra Aduocatum siue Procuratorem in causis fiscum tangentibus nihil facere posse.

PRAGMATICA XXXVII.

Causæ inter partes priuatas decidantur in sacro Cnnsilio & reliquæ fiscum tangētes ĩ Reg. Cam. et causæ criminales tractentur in mag. Curia.

QVONIAM iuris ordo cōfunditur, si cuiquam sua iurisdictio non seruatur, ideo causarum, quæ inter priuatos vertuntur, Summariæ Cameræ cognitionem non permittimus, etiam ex nostra nostrique Vice Regis commissione, quamuis eiusdem Cameræ partes forum, examenque non declinauerint, pariterque causa inter fiscum ac priuatos vertentes nostro in Concilio, alijsque tribunalibus agitari volumus. Idque etiam pendentibus in causis quocumque sint statu, quamquam vsque ad conclusionem inclusiue processum fuisset seruari mandamus. Propterea sanctione hac perpetuo valitura, volumus iubemusque, vt omnes causæ inter priuatos quocumq. modo in Summariæ Camera pendentes, etiam ex nostra nostrorumque prędecessorum vel nostri Pro Regis commissione, parte etiam nō contradicente, iure ipso cum originalibus processibus nostro aduocato Concilio censeantur, nisi Cameræ ipsius, vel litigantium Priuilegio eandem ad Cameram pertinere noscantur: rursusque causę inter priuatos fiscumque nostro in Concilio siue alijs in tribunalibus Curijsue pendentes eandem ad Cameram originalibus suis cum processibus deuolutas haberi mandamus. Quod tam in præsentibus, quam in futuris causis quocumque in statu reperiantur, etiam si facta in eis conclusio fuisset, locum habere decernimus. Quod si secus actum fuerit, processus sententiasque in illis ferendas, roboris momentiq. nullius esse affirmamus: Causas item criminales præsertim, in quibus vel de capite vel membri abscisione agitur, tractari decernique Magna in Vicariæ Curia iubemus, ad quam propriè criminalium causarum cognitio spectat, non autem in Concilio, vbi de causis ciuilibus, non de criminalibus cognosci solitum est, nisi forte de læsę Maiestatis crimine ageretur, vel aliud vrgenti ex causa eidem Cōcilio visum fuerit. Hucusque Ferdinandus.

Criminis læsę Maiestatis cognitio nobis vel Iudicibus per nos delegatis siue delegandis reseruatur.

PRAG-

PRAGMATICA XXXVIII.

FERDINANDVS *primus*. Pœnis omnibus, quas Aduocatorũ Procuratorumue calumnias dolosque coercẽdos nostris sanctionibus statuimus, fisci Aduocatum ac Procuratorem si fiscalibus in causis fraudulentur calumniose moliti esse quicquam deprehensi fuerint, teneri etiam volumus, quibus etiam tutores, curatoresque si in eorum causis, quæ sibi commissæ fuerint, dolose aliquid egerint aut consuluerint, obnoxios esse decernimus.

PRAGMATICA XXXIX.

Quãdo proceditur in cõtumaciã nullo termino expectato ꝓcedatur ad actus incũbentes.

QVIA nobis innotuit, quod, vbi aliquem ad actum alicuius in contumaciam proceditur per Consiliarios qui Commissarij deputati sunt dici solet, intimetur parti, vnde ad intimationem vsq. actus ipse suspenditur: Et cum intimatio repente fieri nequeat, sæpe ab hoc causæ in longum proferuntur: Et citatus sub spe intimationis comparere negligit. Quod iustitiæ esse admodum dissentaneũ iudicamus. Ideo vt talem remoueamus abusum, eiusmodi intimationes in posterum fieri prohibemus: Mandantes vt in contumaciam citati non comparentis, absque alia intimatione ad actus causæ necessarios, prout iuris postulauerit, ordo procedatur, nisi aliud ex causa Commissario videatur.

PRAGMATICA XL.

Non probãtes suspicionem allegatam contra Iudices puniuntur.

ALLEGANTIBVS Consiliarios, causarumque relatores suspectos, terminum quo probationibus claris suspicionem verificent, Sacro à Concilio præfigi volumus. quod si non vanam calumniosamque illam esse probatum fuerit, de alijs Consiliarijs relatoribusque non suspectis illis amotis, quorum suspicio habeatur, prouideri mandamus, verum si suspicionem ad litem prorogandam dolose allegatam fuisse constiterit, tam principales quam eorum Procuratores & Aduocatos qui suspicionem proposuerint, pœna ab eodem Concilio statuenda mulctari decernimus, ne, quod à iurislatoribus in litigantium remedium excogitatum est, per malitiam in noxam vertatur Consiliarijs vero, ac relatoribus, vbi falsas fuisse suspiciones innotuerit, vt illa rem prætextu à causis sibi cõmissis se amoueant, nõ permittimus, sed vt de illis cognoscant ad sententiam vsque inclusiue iubemus.

Dux de Alcala Vice Rex.

EST etiam super suspicione Consiliariorum alia nouissime edita Prag. per Cæs. Maiest. felicissime recordationis in oppido Mandritti, die 10. Nouembris 1539. inter alias impressa, incipiens, Statuimus etiam, quod, si contigerit aliquem vel aliquos Consiliarios, &c. Quã cum præsenti seruari debere iubemus.

ILLV-

ILLARVM autem in discussione causarum, in quibus legitime suspecti pronunciati fuerint, quod minime interesse debeant, subsequenti Regia prouisione tenaciter obseruanda prouisum est.

CAROLVS *Quintus &c.* Perche tenemo querele dalle parti litiganti in questo Sacro Regio Conseglio residente in questo Palazzo di Capuana, ch'essendo alcuno di detto Conseglio ricusato per suspetto, & assendo ammesse dette suspittioni per legitime, & prouisto *verbo o in scriptis*, che non debbia dare voto nelle cause, nelle quali è ricusato per suspetto, nihilominus quando si discuteno li meriti di dette cause, & votano stanno presenti. Il perche donano causa di grauarsi alle parti che l'hanno allegato suspetto: Et volendo noi in questo prouedere come si conuiene, sì per seruitio della prefata Maestà Cesarea, come per la buona administratione della giustitia, per indemnità di suoi subditi, con parere & voto di questo Regio Conseglio adsistente appresso di noi n'hà parso farui la presente, per la qual volemo, & così ordiniamo, che quello del Conseglio il quale per legitime cause di suspitione non haurà da interuenire nel votare della causa, nõ volemo che interuenga nella discussione della causa, nè stia presente, come anco s'osserua in questo collateral Cõseglio: Et così s'essequirà & non altramente, che tal'è nostra voluntà & intentione, & compie al seruitio della Maestà Cesarea. *Datum in Castello nouo Neap. die 22. Iunij* 1545. *Don Petro de Toledo. V. Decolle R. V. Loffredus R. V. Martialis R. Hieronymus Martiranus pro Secretario. In Cur.* 12.

Constito de suspicione Iudex nõ interfit neque votis neque relationi.

SVNT & aliæ cum præmissis ab eodem Serenissimo Ferdinando Rege editę constitutiones, quas vel vt impressas cum constitutionibus & Capitulis Regni, vel vt ad Tribunal prædictum hoc Sacri Concilij, de cuius ordinatione nunc agimus, principaliter non attinentes ne de superfluis, vel impertinentibus redargueremur, omisimus. Has tamen constitutiones cum suis additionibus, declarationibus, & alijs superius de nouo dispositis & infrascriptis, licet Sacri supremum Tribunal Concilij respicientes, ac ad illius ordinem & optimum regimen specialiter, nominatimque compositas, tamquã rationabiles iustitiæ cultui, & subditorum vtilitati proficuas, ac Magistratuum decori & preeminentiæ admodum inseruientes in Regia Camera Summarię, & in Magna Curia Vicarię, ac alijs quibuscumque Tribunalibus Regijs, prout ijs ac officialibus & personis in eis propositis & deputatis conuenire possunt, pariter seruari iubemus: Illustribus Regni huius Magno Camerario, & Magistro Iustitiario, Locumtenenti Regiæ Camerę præfatę, ac alijs Pręsidentibus & Rationalibus, Regenti, & iudicibus, ac Actorũ Magistris Magnę Curię Vicarię, Prouinciarũ Gubernatoribus & Auditoribus, ac alijs quibuscumq. ad quos spectat spectareq. poterit, quomodolibet mandãtes, vt illas prout ad vnumquemq.

ipso-

ipsorum spectat obseruent obseruarique faciant: perinde, ac si de ipsis & Tribunalibus prædictis in eisdem principaliter esset dispositum cauentes de contrario, sub pœnis in eis adiectis.

SVBSEQVVNTVR Pragmaticæ aliæ, & prouisiones Regiæ, editæ a Cæsarea Maiestate felicissimæ recordationis, & Illustribus huius Regni Vice Regibus quarum tenor vt omnibus pateat, & ignorantiæ leuamento sublato ab omnibus, vt par est, inuiolabiter obseruentur, Illas post prædictas hic duximus inserendas, imprimendas, & vt præmissum est describendas.

PRAGMATICA XLI.

Destinātur duæ Aulæ pro causis decidendis, ubi quatuor adsint Cons. quorū decisiones seruātur, & in casu reclamationis, etiā per eosdem quatuor decidatur.

CAROLVS &c. Nuper a Cæsarea Maiestate emanauit quædam Pragmatica seu sanctio tenoris sequentis, v3. CAROLVS, &c. Ex animo semper optauimus, & quotidie studemus cunctos populos quos nostrum regit imperium & præcipue istius præfatæ Siciliȩ Regnicolos in pace & amœnitate, bono ordine, optimaque iustitiæ administratione conseruare, & quanto fieri possit a damnis & bonorū iacturis, quæ ex varijs litium anfractibus passim oriri solēt benignius subleuare. Quo fit vt cum negotia quȩ in nostro Sacro Concilio Sanctæ Claræ, quȩ in fidelissima Ciuitate nostra Neapolis celebrantur, tāta semper fuerint, sintq. nunç, vt ex magno totius Regni ad huiusmodi Tribunal concursu, Presidens, ceteriq. Consiliarij illius, qui in vnica tantummodo aula hactenus congregari consueuerunt ad decisiones causarum, vix sufficiant, & propterea partes ex dilationibus damna sæpe pati cogantur, nos, quibus est imminens de populis cura peruigilis, de his maxime quæ bonum publicum & statum illorum tranquillium concernunt, quorum maior pars in recta iustitiæ administratione consistit, decernimus aliqua circa illius cultum edere & sancire, præcipue circa personas publicas, quod suum est vnicuique tribuentes, a quibus aut iniusta aut ȩqua negotiorum decisio, & plana Prouinciæ gubernatio scaturit, satis superq. pro certo habentes hoc salubri medicamine iustitiam breui tempore incolumitatem assecuturam. Quamobrem, matura Sacri Concilij præcedente deliberatione, decernimus & ordinamus, prout serie cum presenti de certa scientia, regiaque authoritate nostra, & consulto decernimus, vt de cetero Tribunal huiusmodi Concilij Sanctȩ Clarȩ in duas aulas diuisum & distinctum esse debeat & censeatur, in quarum vtraque quatuor optimi Doctores præter Præsidentes, qui ambobus, videlicet earū vtriq. singulis diebus prout negotiorum moles, reique exigentia & breuior iustitiȩ expeditio postulabit, sibiq. videbitur, interesse debeat, existant & resideant. Quorum quidem Doctorum numerum augeri censemus, vt semper citra Præsidentem sint octo, & quicquid vtraque dictarum aula-

aularum decreuerit, iure decretum esse habeatur, perinde, ac si præsidens cum reliquis omnibus simul congregatis decernerent, dum tamen quando super alicuius Baronis statu, aut alia re alicuius importantiæ & quantitatis qualitatisue, aut iuris difficultatis aliqua erit lis omnes dicti octo Doctores cum Præsidente simul congregari debeãt, merita processus quando instructus fuerit audituri, & terminaturi, quod arbitrio dicti Præsidentis, aut decreto & ordinationi tunc pro Regis ex dictis considerationibus remittimus.

CVM vero altera ex dictis aulis, litem aliquam decidat, super qua interponi contigerit per ambas partes, vel aliquam ex eis supplicatio seu grauamen, reuiso processus, & decisio dictæ appellationis seu grauaminis per eosdemmet Iudices, qui dictam litem prius deciderint, in gradu reuisionis fieri debeat, quemadmodum fieret si omnes Doctores ambarum aularum, dictam fecissent decisionem, dum tamen lis prædicta eiusmodi qualitatis existat, quod in dicto reuisionis gradu, si ne casu, altera aula, aut illius pars debere interuenire tibi aliter videatur, quo in casu ad tui ordinationem & nutum Iudicum, congregationem fieri volumus.

PRAETEREA circa debitam causarum expeditionem, vtq. litegantium votis consulatur decernimus, quod in qualibet tam condemnatoria quam absolutoria sententia summæ seu valoris ducentorum ducatorum vsualis monetæ ipsius Regni, aut inde supra, tria vota conformia interesse debeant, quæ si in altera ex dictis aulis illa non interfuerint, & causa siue lis summata, seu valorem mille ducatorum dictæ monetæ attigerit, tunc Præsidens dictarum aularum, vnum aut duos Doctores alterius aulæ nominare teneatur, qui decisioni dictæ litis interesse debeant. In casu vero quo mille ducatorum summam excederet, in tali discordia ambæ aulæ interueniant. quod si simul congregatis tria vota conformia non fuerint, sed paritas eorum, in huiusmodi paritatis euentum ad te Pro Regem recursum haberi volumus, qui Iudices collegas non suspectos illico deputare, aut ex isto Regio nostro Collaterali Concilio aliquem, seu aliquos illuc mittere tenearis, qui cum Doctoribus dictarum aularum, aut eiusmodi litis decisionem congregentur, quando autem causæ seu lis summam seu valorem dictorum ducatorum ducentorum non attinget, duo dumtaxat vota conformia sententiam proferant, & in casu paritatis Præsidens prædictus alterius aulæ Doctorem nominare curet, donec dicta duo vota conformia concurrant. Quo ad vero faciliores litum decisiones, vtq. pauperes litigantes indebitis expensis non grauentur,

Inferẽda sententia duc. 200. tres sint ad minus Cõsiliarij cõformes voto, & in defectu conuocẽtur alij de altera aula, hoc etiã fiat in maiori summa.

VOLVMVS atque committimus quod quando Præsidenti & Doctoribus Concilij prædicti Sanctæ Claræ videbitur se binatim congregare, litesque citra valorem ducentorum ducatorum quascunq. an-

In causis minus du. 200 possunt Con

dire

tiarij duo de terminare, & cōfirmata sententia appellationis per Cōsilia. habetur pro vltima decisione, nec reclamatur nisi falsitas allegatur. debitæ executioni prius demādata.

dire & determinare valeant. quod si forsan concordes nō fuerint, alius vt supra eis addatur, in causa enim siue lite minoris summæ suo valoris dictorum ducatorum ducentorum in Tribunali Magnę Curię Vicariæ, aut alio quocumq. Tribunali siue istius Regni Audientia prius decisa, quando super ea in dicto Tribunali Sanctæ Claræ cognosci cōtigerit prima sententia diffinitiua horum Consiliariorum pro vltima decisione seu determinatione talis litis habeatur, a qua appellari supplicariue, aut aliter recursus haberi minime valeant, nisi in casu quo scripturarum & Doctorum aut testium falsitatem allegarent, tunc enim permittimus quod sententia prius executioni mandata, pars dictam falsitatem allegans audiatur, quod si Iudicibus bene visum esse videbitur, efficiant vt pars sententiæ executionem petens idonee caueat, vt, si in reuisionis gradu reuocata fuerit, effectum habeat talis reuocatio.

SI vero causa siue lis tametsi minoris summæ, seu valoris ducentorum ducatorum in Consilio primæ instantię tractata erit, aut in alio Tribunali diffinitiue decisa non fuerit, in quolibet dictorum casuum locum esse reuisioni iubemus, quemadmodum in causis maioribus supra dictum est.

In causis uotandis nō intersīt nisi Iudices, & sentētia scribatur per Scribā causę attēte ne erret et causæ ipsæ per Præsidentem diuidantur.

CIRCA ea etiam, quę secretum dicti nostri Sacri Regij Concilij Sanctę Claræ maxime concernunt, oportune consulētes, decernimus & iubemus quod tempore votationis & conclusionis causarum, soli Iudices qui eos votare, concludere, & decidere debebunt, & nullus alius præter eos, etiam si Consiliarius fuerit præsens esse debeat, hoc tamen intellecto, quod vbi iam vota decreta fuerint, vocādus sit Scriba dictę causæ ad scribendum sententiam, prout per iudices illi ordinatum fuerit, qui cauti existant ne votum fortassis in contrarium probatum ipsi Scribæ nullatenus declarent: Mandantes denuo vt aulis prædictis debite inseruiatur, Notarios, Scribas, Magistros, Actorum, Porterios, & alios quoscumque officiales dicti Tribunalis inter dictas duas aulas, adeo eaque distribui, vt cuncta debita ordinatione peragantur, adijcientes etiam Præsidenti prędicto speciale onus totaliter disponendi & diuidendi distribuendiq. lites inter dictas duas aulas, vt pari æqualitate expediantur, neutraq. magis implicata honoris grauamine existat. Quo circa fidei, prudentię, & sagacitati tuæ eadem serie committimus & mandamus, vt omnia pręcontenta ad vnguem obseruari facias, & cures operis cum effectu, neque patiaris contrariū fieri quauis causa seu ratione, cum sic ex mente immutabilique volūtate nostra omnia procedat pro bona iustitiæ administratione. Datum in Ciuitate Bononię, die 26. Mensis Februarij, Anno a Natiuitate Domini. 1533. Yo el Rey. V. Perrenotus pro Protonotario & Magno Camerario. Sacra Caes. & Cath. Maiestas mandauit mihi

Io

Ioanni de Camalogna. Nil quia Curiæ. Camalogna pro Taxatore. In Curiæ primo. EAPROPTER volentes vt tenemur Caes. & Cath. Maiestas obedire mandatis, & vt prædicta omnibus innotescāt has presentes in valuis dicti Sacri Regij Concilij apponi iussimus precipimusque & mandamus omnibus & singulis ad quos spectabit, quatenus seruata forma preinserta Regiæ Pragmaticę illam ad vnguem & inuiolabiter in omnibus & per omnia obseruent, obseruarique faciant per quos decet, iuxta ipsius Pragmaticæ seriem & continentiam omni dubio & difficultate cessantibus. Et contrarium nō faciant pro quanto gratiam prędictarum Maiestatum charam habent, ac pœnam ducatorum duorum auri mille cupiunt euitare. In quorum fidem presentes fieri fecimus sigillo communi impressas presentanti remansuras. Datum in Castello nouo Neap. die vltimo mensis Septembris. 1533. Don Petro de Tolledo. V. Decolle Reg. V. Loffredus Reg. V. Figueroa Reg. L. Viceprot. V. Alonsus Sanchz generalis Thesaurarius. Augustinus Locumtenens Magni Camerarij. Dominus Vice Rex Locumtenens generalis mandauit mihi Bernardino Martirano. In Cur. 3. fol. 145.

Die Martis, & Veneris vniātur aulæ pro causis magni momenti decidendis, & causæ reclamationū reuideātur in eadem aula vbi fuerunt sententiatæ.

PRO discussione & decisione causarum magnę importantię, in quibus omnes Consiliarios cōgregari, nostro vel alterius qui pro tempore fuerit Vice Regi, seu Præsidentis arbitrio, hic remissum est, fuerunt hactenus assignati dies Mercurij & Sabbati cuiuslibet hebdomadæ, in quibus congregatio prędicta fieri consueuit: Deinceps autem illam diebus iuridicis Martis & Veneris ex causis nobis rationaliter visis, & in Regio Collaterali nobis adsistēte Concilio mature discussis, fieri præcipimus.

QVOD autem eadem sancitum est Pragmatica, causas in vna relatas aula atq. decisas, in eadem tantum reuideri oportere, nisi aliter Vice Regi pro tempore existenti visum fuerit, declarationem recipit a Capitulo per Cæsaream Maiestatem inter alia concessa huic Ciuitati & Regno in parlamento generali per illam congregato, & expedito die 22. Martij. 1536. Quod incipit. Item supplicano che per la bona administratione, &c. Cum alijs iam impresso & seruando.

DECLARATVR insuper hæc Regia prouisio, quatenus illa cauetur in causis a ducentis infra duo vota conformia requiri per Capitulum contentum in Pragmatica edita per Cath. Maiestatem ac su receptum comprobatum, tenoris subscripti.

ITEM quod causę infra summam vnciaram 12. committantur ad decidendum Consiliarijs Regijs singulis qui, si eis videbitur, facto verbo in Regio Concilio iustitiam faciant in dictis causis, nomine & vice Catholicę Maiestatis verum si ab eorum sententijs fuerit supplicatum, causa supplicationis debeat decidi per totum Conciliū, possit

nihil-

nihilominus sententia lata per dictos Consiliarios tamquam Regia executioni demandari prestita cautione.

PRAGMATICA XLII.

Supplicationes grauamimum infra tres dies pręsententur in eadem bãca & penes acta.

CAROLVS *Quintus, &c.* Siamo stati auertiti come alcune persone per dare dilatione & prolungare le cause che tengono in questo Sacro Conseglio, ci presentano Memoriali de grauamine, & dopò di esser mandato per noi decretarsi, dette parti le ritengono appresso di loro, & non li presentano si non quando loro pare: Et volendo leuare questa dilatione, & prouedere come si conuiene per la bona & presta administratione di giustitia, & per indemnità de litiganti, & questo vogliamo che se detti Memoriali non sarranno presentati infra tre dì iuridici dopò della data di essi, nõ si debbiano ammettere più, perche con la presente li detti Memoriali, passati detti tre dì dechiaramo & teniamo per cassi & reuocati: Et così ue deciamo & ordinamo che lo debbiate osseruare, & fare osseruare che tal'è nostra volõtà. *Dat. in Castello nouo Neap. die 7. Aprilis* 1540. *Don Petro de Toledo V. Decolle R. V. Loffredus Reg. Martiranus Secretarius.*

PRAGMATICA XLIII.

Appellationes in causis criminalib' ad Sac. Cõs. à tribunalibus quibuscunq. remittantur decidẽdæ per magnam Cur.

CAROLVS *&c.* Perche siamo informati che li delinquenti & inquisiti de cause criminali, tanto nell'Audientie prouinciali, quãto nelle Corti delli Capitani Regij è di Baroni, per differire il condegno castigo di loro demeriti, vt plurimum interpõgono loro appellationi, tanto à diffinita, come à grauamine in questo Sacro Conseglio, à causa che in quello per l'occupationi de gli altri negocij non senci procede con quella celerità come nella gran Corte della Vicaria. Et volendo togliere simili supterfugij, acciochè li delinquenti siano puniti con prestezza per loro castigo & essempio de gli altri, ue diciamo & ordinamo che da qui auanti, & de cetero tutte le cause criminali qualitercumque principalmente ò per appellatione à diffinitiua, ò per grauezza, ò altramente dependenti de cose criminali che s'aggitano nelle Audientie predette prouinciali, & nelle Corte delli Capitani Regij e di Baroni, e che de presenti si trouassero introdutte in questo sacro Conseglio, le debbiate rimettere à detta gran Corte, à fine che per essa si possa in quelle procedere e fare giustitia celere & ispedita, come conuiene per seruitio di sua Maestà, & al quieto viuere di suoi sudditi. E così essequirete, che tal'è nostra voluntà & intentione.

Datum in Castello nouo Neap. die penultimo Ianuarij. 1542. *Don Pedro di Toledo. V. Decolle Regens. V. Loffredus Regens. V. Martialis Regens Martiranus Secretarius.*

PRAG-

PRAGMATICA XLIIII.

CAROLVS *Quintus*, *&c.* Crescente quotidie in hoc Regno malorum hominum audacia & crudelitate, quod spretis legum aculeis, sæuis & enormibus criminibus se immiscent, sitientes & effundentes sanguinem innocentum, quæ malorum sæuitia, nisi noua legum seueritate deprimeretur, in immensum cresceret, & bonis secundum tramitem legum viuere cupientibus nulla daretur viuendi securitas, quibus, vt decet bonum Principem, obuiare cupientes, & calumniantium iniquitates repellere, & vt conuenit, aut velox pœna subducat, aut liberandos custodia diuturna non maceret. Statuimus cum voto Regij Collateralis Concilij, quod omnes appellationes in caussis criminalibus, tam à diffinitiuis, quam ab interlocutorijs latis extra magnam Curiam Vicariæ absque alia cognitione, & si aliter fuerit prouisum sit nullum & irritum. *Extra magnam Curiã appellationes remittãtur per Sac. Cons. ad magnã Curiam.*

ITEM ꝙ si appellabitur à magna Curia Vicariæ in causis in quibus per dictam Magnam Curiam fuerint rei condemnati ad mortem naturalem, vel ciuilem, vel ad mutilationem membri per Præsidentem sacri Regij Concilij, causa non committatur, nisi prius vocato Iudice dictæ magnæ Curiæ qui fuerit commissarius causæ & magnifico fisci patrono, vt prouideri possit circa causæ commissionem, vel eius ad eandem Curiam remissionem, & interea supersedeatur in executione à tempore dictæ vocationis. *Appellatio a decreto mag. Cur. cõdemnatorio ad mortem vel mẽbri abscissionem nõ committitur nisi audito Iudice magnã Cur. & fisci patro. no.*

QVANDOQVE solent partes post publicationem allegare nouiter testes reperisse, quos examinari petunt, non sine euidenti subornationis suspicione contra iuris, & sacrarum constitutionũ dispositionem, quibus inhærẽtes mandamus post processus publicationem super articulis in causa productis testes etiam extra processum non esse recipiendos ad effectum, vt de eis sententiando, ratio aliqua haberi debeat, nisi appareat ex actis tales testes ante publicationẽ fuisse per partem nominatos, & aliquo iusto impedimento interuenienre non fuisse examinatos, quem casum iuris dispositioni reliquimus.

TRIGESIMIS ET SALARIO officialium.

PRAGMATICA I.

Officiales Regij trigesimas non recipiant, nec sportulas.

FERDINANDVS &c. Vniuersis & singulis fidelium nostrorum commodis, & eorum onera, quatenus præsentium temporum condicio patitur, remouemus, & quidẽ vt eis a Iudicibus vbique per nostrum hoc Siciliæ Regnũ ad iura reddendum, siue merita causarum vel earum articulos vobis vel

vel alijs referendum deputatis gratis iustitia ministretur, quibus de suis stipendijs (quibus esse debent contenti) prouidere intendimus. *pro decisione causarũ.*

TENORE præsentium de certa nostra scientia, nostroque motu proprio statuimus & ordinamus, quatenus de cetero Iudices omnes vbique per dictum hoc Regnum propterea deputati in quibuscumq. iudicijs, tribunalibus & foro quocumque, etiam in nostro Concilio, nostraque Camera Summariæ, à perceptione, exactione, siue receptione trigesimarum, salariorum, siue sportularum quarumcumque, pro cognitione, relatione, seu decisione causarum quarumcumque & cuiusuis articuli, tam in principalibus quam appellationum siue supplicationum causis recursus, siue querellæ, & alterius cuiusuis quærellæ, & alteriusuis causarum prorsus, & omnino de cetero se abstineant, abstinereque debeant.

NIHIL de cetero perinde recipiant, quoniam ab huius exactione atque solutione præmissorum prædictos nostros fideles, & alios quoscumque coram prædictis litigantes, causas prædictas quomodolibet habentes earundem tenore præsentium liberos facimus, & immunes reddimus, & perpetuo fieri ita esse volumus, consuetudine cõtraria non obstante quacũque. Volentes & decernentes expresse pręmissa locum haberet tam in causis pendentibus quam futuris, quibus vt pręmittitur gratis iustitiam ministrari volumus atque mandamus, excipimus tamen à prædictis Curias Baiulorum, in quibus Regni cõstitutiones de curijs ipsis expresse in his disponentes, iuxta ipsarum tenorem præmissis non obstantibus. Obseruentur insuper cum pro exactione iuris exituræ hactenus statuti, quod ab antiquis temporibus exactum fuit & exigebatur in passibus circa Regni confinia constitutis, ac in locis pro huiusmodi iuris exactione siue solutione deputatis pro rebus, quarum exactio siue solutio iuris huiusmodi fuit hactenus ac erat de dicto Regno prohibita, quæ pro rebus ipsis & alijs, quarũ omnino absque Regiæ Curiæ licentia prohibeatur exactio, exacta diligentia custodiebatur, plurimum tam Regnicolæ quam exteri vexati fuerunt & vexabantur, tam pro rebus ipsis in eisdem passibus perquirendis, pro quibus transeuntes sæpe spoliari cogebantur per nonnullos, & vsque ad interulas perquirebantur, quam etiam ex eo quod & non prohibita quandoque transeuntes in passibus ipsius auferebãtur, & etiam quandoque extrahi prohibita auferebantur, ijs qui ignorabant morem Regionis & passuum statum, & passus ipsos extrahenda deferebant, qui & si quandoque ad Curiam Regiam recursum habens ablata huiusmodi recuperarent, non sine tamen ipsorum vexatione, sumptibus, & interesse, dum eas recuperari contingebat, ipsa procedebat recuperatio, multaq. etiam quibus Regnum ipsum abundat et extracta fuissent, quæ pro iure prædicto & vexationibus quæ in obti-

nendis litteris siue apodixis extractionis eorum per extrahentes incur rebant, minime hactenus propterea extracta fuerunt, non absq. dam nō & interesse fidelium nostrorū Regni prædicti: Nos propterea huiusmodi vexationibus, oneribus, damnis, & incommodis tam nostro rum fidelium, quam etiam exterorum, finem temporibus prædictis imponere volentes, tenore præsentiū de certa nostra scientia, nostroque motu proprio pro libertate hominum Regni prædicti, fidelium nostrorum dilectorum, & etiam exterorum in dicto nostro Regno Siciliæ, & ad commercium ampliandum in Regno prędicto pro ipsius Regni decore, ac fidelium nostrorum commodo, constitutiones om nes, capitula, & statuta, tam nostrorum prædecessorum quam nostri super huiusmodi prohibitione & exactione iuris prædicti hactenus editas, cassamus, irritamus, & annullamus. Volentes & decernentes expresse, & licentiam omnibus & singulis concedentes, quod de Regno prædicto per passus prædictos quoscumque, & quemlibet eorū, etiam si ius exituræ pro rebus inde extrahendis alijs quibusuis, aut cu iusuis condicionis, dignitatis, & gradus existerent, quos hic pro nominatis & expressis haberi volumus atque decernimus competere. In quibus etiam certis ex causis mentem nostram mouentibus, quas hic pro sufficienter expressis similiter haberi volumus, hæc procedere, vel locum sibi vendicare decernimus, libere & absque solutione iuris hactenus pro huiusmodi exactione statum extrahere possint & valeant quæuis victualia & legumina, Arma, Mulos, Equos cuiusuis staturę, Boues, Vaccas, Porcos, Oues, Castratos, Arietes, Iumenta, seu quæq. alia animalia & res alias ad grassam pertinentes, vtpote carnes salatas, caseum, recotum, oleum, & huiusmodi pinguia, pisces, & quęuis alia animalia, quorum etiam hactenus prohibita erat extractio, vtpote, aureum, argentum lauoratum, siue non lauoratum, siue in virgis seu plactis, siue in pecunijs & monetis quibuslibet, cuiusuis speciei, siue cunei. Ita vt de cetero & in perpetuum huiusmodi extractio, libere, licite, & impune procedat.

VOLENTES & iubentes expresse, vt, si quicquam pro huiusmodi extractione induxerit exigendum aut exigi proinde fecerit siue permiserit, ipso facto pœnas incurrat, quas noua & illicita vectigalia imponentes siue exigentes de iure incurrunt: Mandantes propterea Spectabilibus & Magnificis huius Regni Magno Camerario, eiusque Locumtenenti & Præsidenti Regiæ Camerę nostræ Summariæ, Collateralibus, Consiliarijs fidelibus nostris dilectis, quatenus, tenore præsentium, quas pro libertate & releuatione hominum Regni prædicti ab illatis hactenus sibi propterea grauaminibus fieri iussimus, prout expedire viderint, publicari mandent & faciant, & prouideant, quod præmissa efficaciter obseruentur, &, si qui fuerint præmissorum in

aliquo

aliquo transgressores, in eos, prout expedire viderint, procedant, & puniendos ex inde puniant, taliter quod eis cedat ad pœnam, & alij à transgressione huiusmodi eorum coerceantur exemplo. In cuius rei testimonium, &c. Datum in Terra nostra Fogiæ per Magnificum virum Lucam Tozolum, &c. Die 20. Iunij 1471. Regnorum nostrorum anno 14. Rex Ferdinandus. Paschasius Garlon. Dominus Rex mandauit mihi Antonio de Petrutijs. N. A. de Monti. Locumtenens Magni Camerarij.

PRAGMATICA II.

ET quia præcipua debet versari cura circa personas officialium, mandamus omnibus officialibus nostris, vt recte eorum officia administrent, & officialibus iustitiæ, vt iustitiam colant, liberi ab omni odio & amore, ab omni corruptione & timore ius dicant & decernent, ex hac enim causa numerum Consiliariorum Sacri Regij Consilij & Iudicum magnæ Curiæ Vicariæ, vbi præcipue iustitia ministratur, augeri mandauimus, vt sincerrimis esset iudicijs, quod plurimorum sententijs confirmaretur: Maius etiã salarium dictis Consiliarijs dari mandauimus, vt omnis tollatur occasio à recto iudicio deuiandi.

Iudices recti sint et incorruptibiles.

PRAGMATICA III.

RENOVAMVS etiam Pragmaticam sanctionem factã per quondam Catholicam Maiestatem Regis Catholici, aui & patris nostri colendissimi. Datum in Villa Vallis oleti. 26. Februarij, Anno à Natiuitate. 1510. Tenoris sequentis.

Officiales Regiorum Tribunaliũ salario taxato sint contẽti, & alia non percipiant à quibuscunque personis h.d.cũ seq.

NOS Ferdinandus Dei gratia Rex Aragonum, Siciliæ citra & vltra Farum, Hierusalem, Valentiæ, &c.

DECET iustum Regem quidẽ, immo valde necessarium est, semper, & cõtinuo cogitare atque animaduertere & amplecti ea quæ cultui & administrationi iustitiæ sunt conuenientia & necessaria, vt rectius & absque personarum exceptione, illa inter suos subditos gubernetur, ministretur, & fiat, nam per iustitiam Reges regnant, populi abundantur, Regna conseruantur & augentur, atque etiam ex aduerso vias exquisitas cum quibus iustitia claudicare potest pro viribus destruere, euertere, expellere volentes, atque huic tam sanctæ cogitationi singularem effectum dari, iustitiamque inter subditos & alios ab Altissimo nobis commissos æqua lance ministrari, & quod suum est vnicuique rectius & securius tribui, hac edictali Pragmatica sanctione perpetuo statuimus, ordinamus, & in vim perpetuæ legis edicimus inuiolabiliter obseruandum esse de cetero nulli Consiliariorum nostrorum residentium cum Illust. Vice Rege & Locumtenente gene-

rali nostro in præsenti Siciliæ citra Farum Regno, Consiliariorumq. Locumtenenti, Protonotario, ac dictorum Sacri nostri Regij Consilij de Sancta Clara, Consiliariorumque, Locumtenenti, Præsidenti, & Rationali nostræ Regiæ Cameræ Summariæ, Consiliariorumque Regentis Vicariæ, Iudicum magnæ Curiæ & aliorum quorumcumque officialium & ministrorum prædictorum tribunalium, & etiam aliorum vniuersorum & singulorum officialium nostrorum præsentium & futurorum in prædicto Regno liceat, neque aliquo pacto aut via permittatur directe vel indirecte, seu quouis quæsito colore, etiam sub nomine Aduocatorum, Auditorum, Consultorum, aut alijs quo modocumque & qualitercumq. accipere, consequi, & habere aliquam pensionem, prouisionem, gagia, salarium, seu lucrum, aut stipendium, à quibusuis Vniuersitatibus, Collegijs, & singularibus personis cuiusuis status, dignitatis, & præeminentiæ fuerint, sed contententur, & illos contentari volumus de salarijs, gagijs, emolumentis, & alijs ordinarie, & iuxta stilum eis pertinentem, sub pœna priuationis officiorum suorum, & alia grauiori, arbitrio nostro seu Illust. Vice Regis & Locumtenentis generalis nostri reseruato.

HANC itaque nostram edictalem Pragmaticam sanctionem, statutum, ordinationem, & in vim perpetuæ legis editionem, & inuiolabilem mandati obseruationẽ prædicto Illustrissimo Vice Regi & Locumtenenti nostro generali, & Magnificis dilectis Consiliarijs Regentibus nostram Cancellariam, Declarantes & intimantes ex animo Regali nostro carius & strictius quo possumus præcipientes, dicimus & mandamus, quatenus ipsa omnia & singula desuper contenta teneant firmiter & obseruent, tenerique & obseruari faciant inuiolabiliter per quoscumque, omni dubio, exceptione, & contradictione quacumque repulsis, ipsaque omnia & singula intimari faciant supradictis officialibus & Tribunalibus, & alijs vniuersis & singulis officialibus nostris in forma debita, & de dicta intimatione actum confici ad perpetuam rei memoriam, vt ijdem officiales nostri de supradictis nullã valeant ignorantiam allegare, sed omnibus patefaciant & præcipiant, atq. effectualiter efficiant per vniuersos & singulos ea omnia & singula inuiolabiliter teneri & custodir, si oẽs prędicti & alij quicumque, præter iræ & indignationis nostrę incursum, pœnam decem mille ducatorum auri, Curiæ nostræ quoties contrafactum fuerit irremissibiliter exigendorum & applicandorum, cupiunt euitare. In quorum omnium & singulorum testimonium præsentes fieri iussimus, nostro magno Sicilię citra Farum sigillo in dorso munitas. Datum in Villa Vallis oleti, die 26. mensis Februarij. Anno à Natiuit. Domini 1510. Yo el Rey. Vidit Augustinus Vitus Locumtenens Protonotarij & Magni Camerarij. Vidit generalis Thesaurarius. Vidit Conser-

uator

uator generalis. Dominus Rex mandauit mihi Michaeli Peremd almazan. Quam ad vnguem iuxta sui seriem & tenorem obseruari mādamus.

PRAGMATICA IIII.

CAROLVS V. *Imperator in anno.* 1536. Et, vt etiam vaxallos nostros ab officialium excessibus liberemus, Mandamus & statuimus vt officiales nostri tā maiores quam minores nihil possint à partibus recipere pro sententijs, decretis, siue interlocutorijs, seu remissionibus, seu examinationibus testium, neque etiam, aliud etiā candelarum nomine, vt aliquos auaritia docuit, sed, cōtenti salarijs suis, iustitiam æqualiter administrent, Secretarios etiam, Magistros actorum, Scribas portionis, commentarienses siue Carcerarios, etiam si in Castris carcer delatis esset deputatus, nolumus aliquid à partibus etiam sponte dantibus recipere, præter illas solutiones, quæ secundum Regni Constitutiones, Capitula, & Pragmaticas & Pandectis eis recipere licet. Et, qui contrafecerint, vltra pœnas à iure constitutionibus Regni & capitulis statutas, pœna arbitrio Vice Regis infligenda puniantur.

VAGABVNDIS.

PRAGMATICA I.

PHILIPPVS *Dei gratia Rex*, *&c.* Alli mesi passati fu per noi fatto & emanato Bando del tenor sequente, videlicet. Philippus Dei gratia Rex, &c. Si è conosciuto per longa esperienza, che la maggior parte delli delitti graui & enormi, come sono homicidij, assassinij, & altri maleficij, che succedeno nella Città di Napoli & in tutte l'altre Città, Terre & Castelle del Regno, si causano per la moltitudine & copie delle persone otiose, & vagabonde, che continuo cōfluisceno & si ricettano in quelle, dalli quali non solo procedono mali precetti, & mali essempli, con deprauatione & corruttela de'buoni costumi; ma ancora ne nascono ogni giorno occasioni alli subditi di sua Maestà, & commodità di cōmettere detti delitti & maleficij con grandissimo disseruitio di nostro Signore Iddio, di sua Maestà, & dispreggio della giustitia. alche volendosi opportunamente prouedere come conuiene, per tenore del presente Bādo si ordina, & comanda, che tutte quelle persone estere, & forastiere, di qualsiuoglia stato, grado, & condicione se siano, ch'al presente si trouano nelle Città, Terre, & Castelle del Regno, quali non fanno arte, officio ò essercitio alcuno, debbiano & ciascheduno d'essi debbia fra termine de tre dì dopò la publicatione del presente Bando sfrattare & partire da dette Città, Terre, & Castelle, altramēte passato il det-

Vagabundi per quinquēnium remigent.

to termine essendo trouati seranno presi come vagabondi & delinquẽti, & se intendano condennati, sì come per lo presente Bando *ex nũc pro tunc* se condannano per anni cinque in galera, ò più, ò meno, ò altra pena ad arbitrio nostro, & tutti quelli che dopoi la publicatione del presente Bando veneranno in dette Città, Terre, & Castelle per alcune arti, & mercantie, ò per stare à patrone infra lo medesimo tẽpo di tre dì debbiano effettuare & continuare, ò veramente sfrattare & partirse sotto la predetta pena, & così ancora tutti quelli che al presente se ritrouano essercitare arte alcuna, ò fare altro essercitio, ò stare à patrone, & dopoi la publicatione del presente Bando cessaranno ò mancaranno de essercitarla ò de stare à patrone, fra lo medesimo tempo di tre dì debbiano ritornare ad essercitare detta arte & essercitio à trouarsi patrone, ò veramente sfrattare vt supra, sotto la medesima pena.

Et quelli, che tanto auanti la publicatione del presente Bando seranno venuti, quanto dapoi veneráno per negotiare, debbiano & ciascheduno d'essi debbia fra detto termine de tre dì comparere auanti il Capitanio seu officiale, che *pro tempore erit* in ciascheduna de dette Città, Terre, & Castelli, & darli particular notitia di sua persona, chi è, e di doue, & donde viene, & la causa perche è venuto à negotiare, & doue si ricetta, altramente se dapoi de detto termine sarà ritrouato & preso alcuno che contrauenerà, non sia venuto per negotiare, ò vero che finito il negotio fra il detto termine non sia parturo & sfrattato, vt supra, incorra nella medesma pena, similmente si alcuno infra detto termine fosse comparso e declarato hauer da negotiare, & dopoi se trouarà il contrario, accascarà alla pena predetta. Notificando ancora, che si alcuno di qualsiuoglia grado, stato, & condicione se sia, affirmarà alcuna persona essere suo seruidore, ò stare à suoi seruitij, à salario, ò a suo pane, & dopoi si trouarà non essere la verità, in tal caso si quello che l'affirmarà serà nobile, incorra nella pena di onze cinquanta, & di doi anni di relegatione in Lipari, & si serà ignobile, nella pena predetta di onze cinquanta, & di diece anni in galera, & altra pena à nostro arbitrio reseruata, come fautore di persona malefica, ò atta à far male, & nella medesina pena incorreranno tutti quelli che teneranno in loro case, habitatione, ò altro loco occulta alcuna persona, & starà senza darne notitia subito infra li tre dì al detto officiale, & qualsiuoglia persona che reuelerà a detti officiali ò Gouernatori della Prouincia alcuno che contrauenerà al sopradetto Bando, & che perciò sia preso & condennato, se li daranno scudi dui di beueraggio per ciascheduno. Dat. in Regio Palatio prope Castrũ nouum Neap. die 27. Iunij 1559. Don Perafan. V. Albertinus R. V. Villanus R. V. Reuerterius R. V. Villanoua R. Io. Soto Secretarius.

Et perche in lo presente Bando non se intendeno se non persone esterne & forastiere & nõ Napolitani, quali non teneno robbe, nè essercitio, nè officio, nè modo alcuno di viuere & sostentare la spesa, & viueno dissolutamente senza fare essercitio nè arte alcuna, & similmẽte intendemo che la maggior parte delli delitti si cõmetteno per detti vagabondi Napolitani Per q̃sto per lo presente Bãdo se declara che in questa Città di Napoli, se includeno in detto Bando nõ solo li detti vagabõdi esterni & forastieri, ma etiãdio quelli che sono Napolitani, ancora che tenessero ò veramente hauessero moglie, & nõ teneno robba & intrata, con le quali possano viuere, nè fanno arte, nè officio, nè essercitio in modo alcuno, con lo quale possano sostentare. Et più volemo che li predetti vagabondi si partano da questa Città de Napoli fra termine di tre dì dopoi la publicatione del presente Bando, come per lo preinserto Bando se ordina & comanda, & fra quindeci dì habbiano da vscire dal Regno, sotto le pene in detto preinserto Bando cõtente. Datum Neap. die 28. Septemb. 1560. Don Perafan. V. Albertinus Reg. V. Villanus Reg. V. Reuerterius R. V. Patignus Regens. Soto Secretarius.

VALORE SCVTORVM AVREORVM.

PRAGMATICA I.

Augetur valor scutorũ aureorũ iuxta ipsorum põdus vt infra h. d.

PHILIPPVS *Dei gratia Rex &c.* E stato sempre solito & antiquo costume de tutti Principi, & altri c'hanno hauuto & hanno cura & gouerno de Prouincie, Regni, & populi, mirare al ben publico, & quello mantenere & ristorare secondo la occasione delli tempi, & altre circonstantie hanno ricercato: Et per questo vedendo il mancamento de Scudi d'oro che da molti anni in quà è stato in questo Regno, & cõsiderando il stato presente, & la inequalità che è tra il valore delle monete d'oro & argento, dal che si causa non poco incommodità alli subditi Regij, & per consequente al seruitio di sua Maestà, & hauendo anco rispetto al valore de gli Scudi nell'altre parti d'Italia: Per voler prouedere à tutte le cose predette, & principalmente alla equalità che deue proportionatamente essere nelle dette monete d'oro & d'argento: In virtù del presente Bando, con voto & parere del Regio Collaterale Conseglio appresso di noi assistente, ordiniamo & comandiamo, che da quà auante gli Scuti d'oro della Stampa del presente Regno, li quali al tempo che si stamporno, fu ordinato che si spendessero per carlini vndeci & mezo, si spẽdano, si riceuano, & debbiano riceuere per carlini dodeci & mezo l'vno, di moneta di questo predetto [illegible] gli altri Scudi d'altre stampe d'Italia & d'altre p[illegible] &

debbiano riceuersi per carlini dodeci & vn quarto l'vno della predetta moneta del detto presente Regno: Declarando che questo s'intende de gli Scuti di peso di tarpesi tre,& acina quindeci & vn quarto, come è il solito,& mancando del detto peso per acina tre, si debbia per il mácamento predetto pagare lo alaggio, à ragione di tornesi tre & vn dinaro per acino, & mancando più delle dette acina tre alcuno de tutti gli Scudi predetti, non si debbia nè spendere, nè riceuere per quantità alcuna, ma tagliarsi: Et oltra di ciò in virtù di questo medesmo Bádo concedemo libera & ampla licẽtia à tutte & qualsiuoglia persone, che come tengono libera facultà de immettere in Regno monete d'oro, così anco tengano libera facultà di quelle estrahere senza impedimento, contradittione, ò pena alcuna, restando in suo vigore tutte altre prohibitioni per quanto tocca alle monete d'argento, ordinando & comandando a tutti & singoli officiali & tribunali maggiori & minori, tãto Regij, come de Baroni,& persone qualsiuogliano, che debbiano permettere la essecutione di quanto di sopra stà ordinato & declarato, che tal'è nostra voluntà. Dat. Neap. die 24. Nouemb. 1573. Ant. Card. de Granuela. V. Reuerterius R. V. Salernitanus Reg. V. Salazar Regens. V. Alonsus Sanchz Generalis Thesaurerius. Fráciscus Antonius de Dauit pro M. C. Lobera pro Secretario.

VBI DE DELICTO QVIS CONVENIRI DEBET.

PRAGMATICA I.

Delinquentes remittãtur puniẽdi in locis vbi deliquerint, vel ad mag. Curiã Vicariæ, ne remaneant impuniti.

FERDINANDVS *&c.* Licet, vt vniuersalis Italiæ pax tueatur conserueturq. omni studio laborãdum sit, ne quis calliditate aut fraudibus etiam violet & disturbet, ad dispositionem tamen status tranquilli hæreditarij nostri Siciliæ calũnijs, nostri præcipua sollicitudo conuenit obstare, cui, quando pacis & iustitiæ cultum per vniuersas & singulas eius partes præcipimus obseruari, tãto honorem nostræ Diadematis, qua sumus Dei dono decorati conseruamus, nostrum est enim amplexãdo iustitiam fouere pacem, & quæ paci cõtraria sunt resecare: Nam a iustitia pax, à pace iustitia abesse non potest. Sane cõplurium Regni nostri fideliũ ad nos querella peruenit, quod si qñ contingat quoscumq. iniquitatis filios proditores, fures, homicidas, falsarios, raptores, & alios cuiuscũque criminis & delicti reos in vnius Baronis, Ciuitatis, Terræ, vel Castri territorio pertinentes & districtu, seu in vna Regni Prouincia delinquere ad alterius Baronis, Ciuitatis, Terræ, vel Castri territorium pertinentium & districtuum, seu ad aliam eiusdem nostri Regni Prouinciam fugientes proficiscantur & conuolant vbique, laxatis iuris & hone-

honeſtatis habenis, tanquam tuti & ſecuri extra territoria & loca commiſſi criminis recipiuntur aluntur q. & qui eos protegunt & defendũt reperiuntur eoſdem ad forum commiſsi ſceleris, ſub prætextu Priuilegiorum primarum cauſarum, & meri mixtique Imperij remittere recuſantes, ſeque illos nec ratione originis, nec loci patrati delicti puniri non poſſe excuſantes facilem delinquendi cauſam præſtant, cum impunitas delictorum incentiuum præbeat delinquendi, non conſiderantes quam grauem Regali noſtro faſtigio moleſtiam inferãt, quoniam, vt iuſtum Principem decet, per vniuerſas Regni noſtri Prouincias, Ciuitatem, locaque, Vicarios, Locumtenentes, Vice Reges, Gubernatores, Iuſtitiarios, Capitaneos, & officiales neceſſarios & oportunos deputamus, quibus ius gladij, & maius Imperium demandauimus, vt curare habeant malos homines Prouinciam purgare, non vnde ſint diſtinguentes, vt demum noſtram magnam Curiam Vicariæ, vniuerſalem omnium Prouinciarum Regni, Iudicem competentem vigilem & ſollicitum teneamus, qui malis hominibus his, Regnũ ho... totum carere, in eoſque inquirere poſſit & debeat, prout quiſque deliquerit, in eum animaduertat, receptatoreſque eorum coerceat, ſine quibus latro & criminis reus diutius latere non poteſt, proinde nos huiuſmodi occaſionem amputare volentes, occurrere potius eligentes in tempore, quam poſt exitum vendicare, prædeceſſorum noſtrorum veſtigijs inhærentes, pręſenti edicto perpetuo valituro ſancimus vt ſub pœna ipſius rei criminis tenerentur, nec non vnciarum ducentarum ipſis receptatoribus infligenda, & noſtri fiſci commodis, prohibemus, ne quis de cetero Baro, Ciuitas: Vniuerſitas, Caſtrum, etiam Demaniale aut alia perſona cuiuſuis dignitatis, gradus, pręeminentię, ſtatus, & condicionis fuerint, quibuſcumque gratijs, prærogatiuis, officijs, priuilegijs, quibuſuis clauſulis & iuramentis firmatis munita, etiam ſi de illis ſic habenda foret ratio ſpecialis illis, illorum tenores per omnia hic habendo pro expreſsis, quantum præſentibus contradicerent, motu proprio ex certa noſtra ſcientia & dominica poteſtate ſpecifice derogando aliquem cuiuſuis criminis & delicti commiſſi vel committendi reum obnoxium, vel culpatum, aut alios quomodocũq. & qualitercumque mala committentes in quacumque huius noſtri Regni parte ad ſe ſeparatæ iuriſdictionis & fori fugientem aut veniẽtem recipiat victualia miniſtret, ſeu in his Ciuitatibus, Terris, Caſtris & locis fugere, recipi, venire, victualia miniſtrare, vel manere faciat ſinat, & permittat, immo receptum venientem ſtantem ingreſſum, vel morantem illico cum primum ſciuerit, ſeu ſaltem ad requiſitorias litteras officiales vel Domini loci & fori, vbi deliquerit culpatuſue fuerit, ſeu originis vel incolatus ſui Iudicis competentis, aut dictæ noſtræ Magnæ Curiæ Vicariæ, eiuſque Regentis & Iudicum pro tempore

pore existentium capiat & remittat ipsum Iudici loci delicti originis, aut Magnæ Curiæ Vicariç, vel alterius eorum requi eis cognitioné, examen, & debitam pro delicti patrati & mali commissi qualitate, sententiam, pœnam, & mulctam subiturum. In quorum fidem, & ad perpetuam rei memoriam pręsentes fieri iussimus, & magno Maiestatis nostræ Sigillo communi pendente. Datum in Castello nostro Ciuitatis Auersæ die 2. mensis Nouembris. 1468. Rex Ferdinandus. Aegidius Sebasti. pro Paschasio Garlon. Dominus Rex mandauit mihi Antonello de Petrutijs.

PRAGMATICA II.

Pro primis causis Iudex cõpetens erit Iudex domicilij.

FERDINANDVS, *&c.* Querula expositione per multos & diuersos ex nostris subditis nobis facta, intelleximus, quanto detrimento & incommodo & expensis afficiantur nostri subditi, cum pro primis causis extra districtum incolatus ipsorum ad instantiam nonnullorum euocantur & distrahuntur, per quod euenit, quod ipsi nostri subditi multiplicibus laboribus, incommodis, & sumptibus onerantur, ex quo fit vt paupertate & inopia opprimantur, super quibus volentes, vt optimum & prudentem Regem decet, opportune prouidere, habita super pręmissis nostri Sacri Concilij matura deliberatione, pręsertim cum nihil tanto studio ac diligentia curemus, quam iustitiæ erga omnes cultum & obseruantiam, & quod ipsi fideles nostri ab impensis & incommodis quoad fieri potest illęsi præseruẽtur, eam ob rem pręsentis nostræ Pragmaticę tenore, edicti, & sanctionis perpętuo duraturę, edicimus, sancimus, & ordinamus, quod a publicatione illius in antea, nullum ex nostris Tribunalibus, vel aliquis ex nostris officialibus & Baronum quorumcumq. audeat vel pręsumat pro primis dumtaxat causis ad instantiam cuiusuis personæ quantumuis priuilegiatę extra districtum proprij incolatus, cuiusque nostri Regnicolæ aliquẽ ex nostris subditis distrahere, vel illum euocare. Quinimo statuimus & ordinamus, quod in hoc casu quicumq. euocatus vel distractus ex ipsis fuerit, nec teneatur pro quacumque prima causa modo aliquo comparere, sed ad suum Iudicem ordinarium & pro tempore statutum, quoad cognitionem ipsarum primarum causarum remitti. Ita quidem & taliter, quod intra districtum suum aliquis ex ipsis nostris subditis vel Baronum non distrahatur, in causis vero appellationum grauaminum & nullitatũ, sancimus & ordinamus quod ipsi nostri Regnicolæ ad instantiam quarumcumque personarum cõtra eos legitime agentium possint intra Prouinciam per nostros generales. Locatenentes, & Gubernatores, seu Auditores per nos ordinatos vel ordinandos in vnaquaque Prouincia. Et vt præsens Pragmatica suum sortiatur effectum, ipsam Illust. Alphonso de Aragonia Duci Cala-

Calabriæ primogenito & Vicario noſtro generali, ſignificantes mandamus iam dictis noſtris Tribunalibus & cuilibet ipſorum, necnon reliquis officialibus noſtris, ac Baronum quorumcumque huius noſtri Regni, quatenus, forma & tenore præſentis noſtræ Pragmaticę, edicti, & ſanctionis per eos vnumquemque ipſorum intellectis, illum & illam ad vnguem ſeruent & faciant ab omnibus intacte ſeruari nec contrarium faciatis pro quanto dictus Illuſt. Dux amorem gerere cupit, ceteri vero gratiam noſtram charum habent, & pœnam ducatorũ milium cupiunt non ſubire. In quorum fidem, &c. Datum Puteolis, per Magnificum Conſiliarium noſtrum vtriuſque iuris Doctorem & militem Andream Maricondam Locumtenentem, Fundorum Comitem, die primo menſis Ianuarij 1488. Regnorum vero noſtrorum fœlicium anno 31. Rex Ferdinandus. Aegidius Sandonail pro P. Garlon. Iulius de Scortiatis Locumtenens Magni Camerarij. Dominus Rex mandauit mihi Ioanni Pontano.

PRAGMATICA III.

Delinquẽtes tranſeuntes ad Regnum Siciliæ vltra Farũ remittantur ad ſuos Iudices competẽtes, & ita ſeruetur de tranſeuntib' ad Regnum citra Farum.

FERDINANDVS *Dei gratia Rex, &c.* Cum fuerit inter Sereniſſimum Regem Alphonſum Regni Neapolis & nos iam actum conuentum, & confirmatum, quod delinquentes & facinoroſi homines, qui delicta & facinora committunt in hoc Regno Siciliæ, & in Regno Siciliæ vltra Farum, remittãtur per officiales Regni hinc inde, videlicet ad loca, in quibus dicta delicta cõmittuntur, vt iuſtitia mediãte puniri poſſint, & ipſis delinquẽtibus cedat in pœnam, & alijs in exemplum. Iccirco tenore præſentium noſtra ex certa ſcientia deliberate, & conſulte vobis omnibus ſupradictis officialibus vnicuiq. veſtrũ dicimus, cõmittimus, & mãdamus expreſſe, quatenus ſemper & omni futuro tempore, qui delinquentes prędicti ex dictæ Siciliæ vltra Farum Regno in hoc Siciliæ Regnum tranſire, & in eo ſe recipere contigerit ad omnẽ inſtantiam, & ſimplicem requiſitionẽ & literas eiuſdem Sereniſſimi Regis Alphonſi, ſeu aliorum quorumcumq. officialium dicti eius Regni vlterioris Siciliæ, ad quos ſpectauerit, ipſos delinquẽtes & facinoroſos homines remittatis & remittere debeatis prędicto Sereniſſimo Regi & officialib' prædicti ſui Regni, a quibus fueritis requiſiti vniuerſi quando occurrat quod delinquẽtes ex hoc Siciliæ Regno in prædictum vlterioris Regnũ ſe recipiant & transferãt, requiretis & requirere debeatis prædictum Sereniſſimum Dominum Regem Alphonſum, ſeu officiales ſui prędicti Regni, quorum iuriſdictioni ſpectauerit, quod iuxta conuentionem prædictam vobis & omnium vnicuique prędictos delinquentes & facinoroſos homines remittant & remittere debeant, vt puniri & caſtigari poſſit quilibet delinquens & facinoroſus homo in eodẽ loco, vbi delictum cõmiſſum fuerit,

fuerit, prout iura volunt & mandant, prout obseruabitur, vt confidimus, dicto Serenissimo Rege Alphonso, & suis dictis vlterioris Siciliæ officialibus sic obseruari volumus & mandamus per vos prædictos officiales Siciliç Regni, & vestrum quemlibet, indiminute & inconcusse, iuxta tenorem & formam prędictæ conuentionis, quoniam sic de mentis nostrę plenitudine pro conuentorum obseruatione & delictorum animaduersione procedit, & contrarium non faciatis pro quanto gratiam Sacræ Maiestatis Serenissimi Regis charam habeatis, & pœnam ducatorum auri mille cupitis euitare. In quorum fidem præsentes fieri iussimus, magno huius Regni Regio Sigillo pendenti munitas. Datum in charissima Ciuitate Cataneæ die 26. mensis Maij, duodecimæ Indictionis. 1494. Ferdinando de Aragonia. Dominus Vice Rex mandauit mihi Antonello Sallima Locumtenenti & Magnifico Notario in officio Protonotorij. Et viderunt eum Thesaurarius & Gaspar Conseuator. Gaspar Conseruator.

PRAGMATICA IIII.

Delinquētes debēt remitti ad officiales territorij vbi deliquerint nisi sint publici latrones.

CAROLVS *Quintus Imperator in anno.* 1536. Renouamus etiam aliam Pragmaticam per nos factam, quod delinquentes in Insula Siciliæ si peruenerint ad hoc Regnum, capiantur & remittantur ad Vice Regem Siciliæ, vt illos pœnis condignis punire & castigare possit, & econuerso faciat Illust. Vice Rex dictæ Insulę de Regnicolis huius Regni si deliquerint in Regno, & confugerint ad dictam insulam, & pro faciliori executione per dictos Vice Reges singulis annis detur notitia ad inuicem de dictis delinquentibus & banditis, qui a dicto Regno, vel a dicta Insula aufugerint.

PRAGMATICA V.

CAROLVS *Quintus Imperator in anno.* 1536. Item quod officiales Regij huius Regni debeant capere malefactores, qui deliquerint etiam extra territorium, constando illos maleficium commisisse, vel aliter banditos esse, & illos remittere ad officialem territorij in quo deliquerint, si alias non essent publici latrones, disrobatores stratarum publicarum, qui possunt a quocumque officiali, capi, puniri, & castigari.

PRAGMATICA VI.

Seruetur Prag. de rec. mittendo delinquentes mutuo per

CAROLVS *Quintus Imperator in anno.* 1540. Item quia delinquentes, facinorum suorum pœnam euitare cupientes, ad Regnū Siciliæ vltra farum aufugere, eademque de causa malefactores Regni prædicti, ad istud Regnum Neapolis se recipere consueuere, mandamus propterea super hoc Pragmaticam prius editam, & per nos

nos Neapolis sancitam, inconcusse seruari. Pro Regesque vtriusq. Regni formam eis traditam sectando & obseruando ad capturam dicto rum delinquentium ipso ad Regnum vbi delicta commissa fuerint remittendo respectiue cum debita & sufficienti custodia pro executione iustitię & conseruatione amborum Regnorum, nec non ad dandum singulis annis notitiam dictorum delinquentium, quos tam ex officio quam ad partis instantiam ea diligenter curent & mandent: Mandamus etiam fisci patronis vtriusque Regni, vt singulis annis listam contumacium & delinquentium transmittendo procurent in hoc diligenter iussionum nostrarum obseruautiam.

regna Siciliæ citra & vltra Farũ vt in locis delicti puniantur & singulis annis adinuicem mittatur lista cõtumaciũ.

VECTIGALIBVS.

PRAGMATICA I.

FERDINANDVS, *&c.* Licet inter cetera iura nostrę Curię competentia fuerit, & sit ius Dohanæ antiquum quidem & vetus, quod est granorũ 18. per vnciam soluẽdam de mercibus, de quibus cõtrahitur, quod iuxta ritus Dohanę solui debet, toties de mercibus fit venditio siue cõtractus alienationis alterius, nec non in Ciuitate Neap. similiter fuerit, & sit ius, quod appellatur boni denarij, quod est grana 20. per vnciam nostrę Curię soluendum de mercibus, quę in Ciuitate nostra Neap. alienantur, quod similiter iuxta Capitula iuris eiusdem solui debet toties quoties de mercibus fieri contingat alienatio. Ita vt si pluries, eadem merces alienantur pluries & toties, quoties alienantur huiusmodi in ea pro mercibus ipsis alienatis, iuxta ritus & Capitula solui debeant, attamen consuetudine predecessorum nostrorum tẽporibus tollere huiusmodi ritus & Capitula executionem & obseruãtiam hactenus habuerunt & habent de præsenti in his tamen rebus & mercibus quę in Ciuitate ipsa Neap. alienãtur, & extra Ciuitatem ipsam deferantur, & non quidẽ de omnibus, sed aliquibus, in quibus ex huiusmodi alienationis & solutionis onere, quod in illis dũ extra Ciuitatem ipsam deferendæ sunt remansit, & pro quibus dum in apotecis dictæ Ciuitatis eiusmodi emuntur pretijs, quibus cum venditoribus emptores conueniunt, quia oportet exinde Dohanã adire, & huiusmodi iura pro illis sic emptis soluere, inde se plurimum retrahunt homines ab emẽdo huiusmodi res & merces in apotecis Ciuitatis eiusdẽ & illas inde alibi emere curant, vt huiusmodi oneribus nõ grauentur, non sine damno Ciuium Ciuitatis prædictæ, apotecas rerum huiusmodi in ipsa Ciuitate tenentium, qui longe minoris huiusmodi rerũ & mercium quantitatem venderent, nisi emptores huiusmodi oneribus

Semel solutũ ius Dohanæ amplius nõ exigatur in venditione mercium.

bus pro illis non grauentur: Nos igitur attendentes quod quanto magis erit frequentia hominum concurrentium ad huiusmodi rerũ & mercium emptionem in ipsa Ciuitate Neap. tanto maior erit concurrentia venditorum & negotiantium de rebus & mercibus ipsis in ipsa Ciuitate, & magis inde Ciuitas ipsa liberis replebitur hominibus, indeq. Ciuitas hæc, quę caput est Regni huius nostri Sicilię, magis efficietur populo populosa, turbis diuersorũ hominum in suis Prouincijs & Ciuitatibus delinquentibus ad habitandum hanc nostram inde concurrentibus Ciuitatem. Vnde nec iuribus nostris parcere decreuimus, nec ius in his rebus & mercibus inde nobis competens exercere, sed quod communiter omnibus prodest, & pręsertim Ciuitati nostrę prędictæ, hoc priuatę nostrę vtilitati pręferendum esse censemus, nostrum esse proprium subiectorum commodũ legaliter existimantes, quo circa vobis tenore pręsentium de certa nostra scientia nostroque motu proprio, cum nostri Concilij matura deliberatione, dicimus, pręcipimus & mandamus quatenus de cetero ad huiusmodi iurium exactionem pro rebus & mercibus prædictis de quibus iura nostrę Curię debita semel in maiori Fũdico, & Dohana soluta fuerint, si postea vendantur, vel aliter alienantur in Ciuitate ipsa, siue de ipsa Ciuitate extrahantur, & extra Ciuitatem ipsam & eius territoriũ deferantur, nõ iura Dohanę & boni denarij vlterius minime exigatis aut exigi faciatis vel permittatis. Quinimo merces ipsas atque res sic exactas, vel alias habitas, libere de Ciuitate ipsa extrahi & deferri prouideatis & faciatis, sinatis atque permittatis, absq. vllo impedimento, per vos aut per alios, & præsertim custodes Dohane predictę extrahẽtibus ipsis aut deferentibus propterea quomodolibet inferendo? & vt prçmissa in notitiam perueniãt singulorum, & tanto maior inde fiat concursus hominum ad emendum, & aliter habendum de rebus & mercibus ipsis in Ciuitate prædicta, Volumus & earundẽ tenore prçsentium mandamus, quatenus membranam præsentium formam in se continentem in valuis maioris Fundici & Dohanę prædictę affigi faciatis, & affixa ibidem stare, vt inde quasi suo sonoro præconio omnibus patulo se publicet iudicio. In quorum testimonium præsentes fieri iussimus nostro magno pendente Sigillo munitas.

Datum in Castello nouo Neap per Magnificum virum V. I. D. Lucam Tozolum Romanum Locumtenentem, Fundorum Comitẽ, die 4. Iunij. 1469. Regnorum nostrorum anno vndecimo. Rex Ferdinandus. N.A. Montibus Locumtenens Magni Camerarij. Aegidius Sebastianus pro Paschasius Garlon. Dominus Rex mandauit mihi Antonello de Petrutijs.

PRAGMATICA II.

FERDINANDVS, *&c.* Pateat vniuersis & singulis pręsentis nostri Edicti seriem inspecturis, tam pręsentibus quã futuris, quod licet ab Illustrissimis & Serenissimis Regibus & Reginis huius nostri Regni Sicilię prædecessoribus nostris ordinatũ, & ipsorum temporib⁹ & nostro obseruatnm fuerit, quod mercatores ad hanc nostram Ciuitatem Neap. confluentes pro mercantijs ad ipsam Ciuitatem delatis tenerentur soluere, & soluerent grana sex per vnciam quamlibet valuis dictarum mercantiarum, quod ius nũcupatur, La Gabella noua, quod debetur ex deportationis siue exoneratione dictarum mercantiarum & mercium, & immissione ipsarum in dicta Ciuitate, & grana quindecim pro iure Fundici, cum illas vendi aut a Ciuitate prædicta extrahi contigisset tamen nos qui ipsarum mercium & mercantiarum copiam ipsius Ciuitaris abundantiam & Mercatorum commodum, & liberam cupimus facultatem, de nostra certa scientia, nostrique proprij motus instrictu, decreuimus, & in præsentiarum tenore pręsentiũ deliberamus, statuimus, & ordinam⁹ quod liceat omnibus & quibuscumq. mercatoribus cuiusuis nationis ad dictam nostrã Ciuitatẽ Neap. de cetero merces & mercantias quascumq. cuiuscumq. speciei generis & valoris vndecumque per mare, & in quibusuis vasis maritimis deferentibus mercantias & merces ipsas, soluto tamẽ iure Gabellæ nouæ, quod est grana sex pro qualibet vncia, vel vnius, pro qualibet centenario, quod debetur (vt præfertur) pro exoneratione & immissione dictarum mercium & mercantiarum in dictam Ciuitatẽ Neap. merces ipsas ad omnes ipsorum mercatorum & cuiuslibet eorum dispositionem per mare tantum extrahere seu extrahi facere, & extra dictum Regnum deferre, si voluerint reportare, dicti iuris Fundici, & alterius cuiusuis vectigalis seu Gabellæ solutione sublata. Ita quidem, quod Mercatores ipsi non posśint nec cõpelli debeant ad soluendum ius Fundici & alterius vectigalis, nisi pro illis tantũ mercibus & mercantijs, quas vendi siue quouis modo contrahi contingit in dicta Ciuitate Neap. Mandamus propterea earum tenore præsentium Dohaniero maioris Fũdici, & Dohanæ dict. Ciuitatis nostrę Neap. præsentibus & futuris, eorumque Locatenentibus, ceterisq. alijs officialibus dictę Dohanę, quatenus a prędictis Mercatoribus deferentibus per mare dictas mercantias & merces, volẽtibus illas a Ciuitate prædicta quandocumq extrahere, & extra dictũ Regnũ deferre & reportare, vel aliquã ipsarũ partẽ, nullũ ius Gabellæ, Fundici, siue alterius vectigalis, quã dictę Gabellæ nouę, quod est vnius procẽtenario, vel grana 6. pro vncia exigant, quinimo dicto iure Gabellę nouæ tantũ soluto, quod pro exoneratione & immissione p̃dictis debetur, Mercatores ipsos libere & sine impedimentum extrahere, & quo voluerint extra Regnum deferre

Soluto iure fundaci, seu Dohanæ in immissione liceat extrahere merces per mare nullo iure alio expectato.

deferre permittant quibusuis ritibus, obseruantijs & ordinationibus in contrarium facientibus, non obstantibus quouis modo, & vt pręsens nostri Edicti ordinatio & reformatio omnibus innotescat, mandamus prędicto pręsenti Dohanerio eiusque Locumtenenti, quatenus receptis pręsentibus huiusmodi nostri Edicti continentiam & tenorem per dictam Ciuitatẽ nostram Neap. in locis solitis & consuetis publicari & bandiri faciat, & ipsius Edicti copiam in valuis ipsius Dohanę & Castri noui affigi, adeo quod omnibus hominibus nostra ordinatio & reformatio innotescat, & contrariũ non faciat sicut gratiam nostram charam habet, iramque & indignationem, ac pœnam nostro arbitrio reseruatam cupit non subire. In cuius rei testimoniũ pręsentes fieri iussimus, magno Maiestatis nostrę Sigillo pendẽti munitas. Datum in Castello nostro Neap. per Magnificum Virum V. I. D. Lucam Tozolum Romanum Locumt. Spectab. & Magnifici viri Honorati Caetani Fundorũ Comitis. Logothetę & Protonotarij huius Regni Collateralis & Consiliarij fidelis nostri plurimum dilecti, die 20. Iunij. 1469. Regnorum vero nostrorum anno vndecimo. Rex Ferdinan. Paschasius Garlon. N. A. de Mont. Locumt. Magni Cameratij. Dominus Rex mandauit mihi Antonello de Petrutijs.

PRAGMATICA. III.

Vniuersitates datia nõ exigant ab emẽtibus & extrahẽtib⁹ victualia forensibus, nisi inter se ipsarum habitatores hoc sint soliti peragere & non contra exteros.

FERDINANDVS, *&c.* Et si hactenus certa vectigalia, quę datiorum appellatione vulgaris includit locutio. Vniuersitatibus petentibus prędecessorum nostrorum temporibus aliquando impositę fuerint, quorum impositionis causa potissima fuisse dignoscitur, vt collectorum solutioni primo proficerent, & subsequenter alijs commodis communis vtilitas attenderetur, vt Roberti Regis prędecessoris nostri ordinatione Vniuersitatibus, quę contrafacerent, vltra vel pręter prædictam formam ipsorum datiorum soluendo pecuniã dupli eius quantitatis, quę sic fuisset illicite persoluta siue imposita consueta, tamen concessionis forma vectigaliũ eorũdem hactenus fuisse dignoscitur, quod vsque ab ipsius Regis concedentibus beneplacitũ eorum concessio vim haberet atque vigorem, nullo propterea iuribus Regiæ Curię & immunitatis Clericorũ pręiudicio generato, & quod ab ipsorum datiorum exactionibus ipse Rex & eius Curia, atque Regina & liberi eius exempti essent & illi qui in ipsa Terra, qua imponeatur, vel eius territorijs, feuda, seu dona a Curia Regia tenerent, pro quibus feudis seu donis nihil soluerent, ac Nuntij Principum, & magnorum virorum, qui haberent titulum dignitatis, quodq. Vniuersitas, cui concessio ipsa fieret, datijs non vteretur eisdem quousq. Regionis iustitiario, cui exinde scribebatur per suum legitimum Syndicũ ad hoc specialiter deputatũ, se obligaret, & per pręstationẽ cautionis fideiuf-

fideiussione caueret idonee de resarciendo Regiæ Curiæ totũ id quod per concessionem & vsum datiorum ipsorum in ipsius Curiæ dispendium forsitã resultaret, vt ex prædecessorum nostrorum registris, quę in nostro reseruantur Archiuo, manifestius apparet. & cũ ipsa eorundem vectigalium impositionis causa potissima fuisse dignoscatur, vt primo collectarum solutioni prodessent, & subsequenter alijs Vniuersitatum commodis, ex ea consequenter infertur, vt inter ipsos ciues & homines Vniuersitatum ipsarum, & ab ipsis ciuibus exigenda eorundem impositionis concessio processerit, censeri debeat, cũ inter ipsos ab eis exigenda ipsius petentibus licet imponi potuisset, nõ autem ab extraneis exigenda, pro ipsorum ciuium oneribus inde subeundis, cũ eo casu irrationabiliter & illicite processisset eorũ concessio & exactio, cum vnusquisq. suum onus portare debeat, & pro alienis debitis siue oneribus alius non debeat pergrauari, huiusmodi consuetudinis Regiæ Curiæ attenta forma etiam censendum est, quod ipsorum sic processerit concessio, vt eorum vsus atq. exactio absq. præiudicio Regiæ Curiæ procederet, ac immunitatis clericorum, & cum exceptionibus prædictis, & vsq. ad concedendis beneplacitum, vbi aliter de ipsorum concessionis forma non appareat. Cum igitur intelleximus q̃ in nonnullis Ciuitatibus atq. Terris huiusmodi datia non modo inter ipsos Ciues, & ab ipsis Ciuibus exiguntur, sed etiã à forensibus & extraneis pro ipsorũ rebus & commercijs in Ciuitatibus ipsis atq. Terris & etiã immunitatibus & exemptionibus prędictis non seruatis, quod.j. pro grano & alijs victualijs atque mercibus pro quibusuis exituræ, & alia iura nostrę Curię debeantur in ipsis Ciuitatibus atq. Terris datia exigũtur pro vniuersitatibus ipsis, in euidens nostræ Curiæ detrimentum atq. pręiudicium, cum exinde Mercatores & alij ad emẽdum ibidem, & inde extrahendum de grano victualibus & alijs mercibus, tanto minus confluunt ad ipsas Ciuitates atq. Terras, quanto vendenda ibidẽ & emenda per eos, & inde extrahenda maioribus oneribus, vectigalibus, & exactionibus sentiũt fore subiecta, qui plerunq. ad alia Regna se transferunt pro his emendis & inde extrahendis, suisq. gerendis negotijs, non absq. nostræ Curiæ præiudicio, nostrique ac Reipublicæ damno, quod praua temporum dispositione, quę hactenus in nostro Regno successerunt, processisse credimus, quibus hucusq. toleratum est vectigalia huiusmodi modo præmisso exigi sic indebite, & cum Regiæ Curiæ præiudicio, cum tamen absq. concessionis consueta forma Regiæ Curiæ procederent huiusmodi datiorum concessiones, ipsi Curiæ resarciri deberet totum id quod per cõcessionem & vsum ipsorum datiorum in ipsius dispendium resultaret: Quapropter, his merito prouidere volentes, vt, quod belli calamitas hactenus introduxit, pacis lenitas sopiatur, tenore præsentium de certa nostra sciẽtia, & cum

nostri Cōcilij matura deliberatione huiusmodi vectigalia siue datia, quatenus non inter se ipsos ciues & homines ipsarum Vniuersitatum exigantur, sed à forēsibus pro victualibus & mercibus, quas & quæ ad ipsas Ciuitates & Terras per eos deferri contigerit, ibidemq. emi siue vendi, & alias de his negociorum contrahi, & ab inde extrahi per ipsos forenses, de quibus speciales & expressæ concessiones eius qui potuit, præter consuetam formam in contrarium nō ostendatur, reuocamus & annullamus huiusmodi exactiones tamquam illicitas, & nostræ Curiæ & Reipublicæ dānosas fieri omnino prohibemus, ita vt, si qui post publicationem præsentium huiusmodi, exactiones quas fieri vt prædicitur prohibemus facere tentauerint, siue contrauenerint, aut fieri, aut continuari mandauerint, fecerint, siue permiserint, pœnas incurrant impositas contra noua vectigalia absq. iussi Principis imponētes siue exigentes: Mandantes propterea spectabili Magno Camerario Regni huius, eiusq. Locumtenenti, & Præsidentibus Cameræ nostræ Sūmariæ, Necnon Secretis & Magistris Portulanis in quibusuis Prouincijs Regni huius constitutis, & tam qui huiusmodi officia gesserint & credentiam, quam illi qui eam gesserint in Gabellam, quatenus præsentem nostram ordinationem atque statutum per decretas sibi Prouincias prædicti Secreti & Magistri Portulani, & quilibet eorum solemniter publicari faciant, & signanter in locis famosis, & præsertim maritimis, in quibus huiusmodi datia exiguntur, inuiolabiliter obseruari, nullamq. in his committant negligentiam, vel defectum, si gratiam nostram charam habent, & pœnam ducatorum mille à singulis contrafacientibus exigēdam cupiunt non subire. In quorum testimonium, &c. Datum in Castello nouo Neap. per Magnificum Lucam Tozolum, &c. die penultimo Octobris. 1470. Regnorum nostrorum anno tertiodecimo. Rex Ferdinandus. Paschasius Garlon. N. A. de Mont. Locumtenens Magni Camerarij. Dominus Rex mandauit mihi Antonio de Petrutijs.

